SYNOPSIS NOMOGNOSTICA IN IUS CANONICUM ET CIUILE, HUIC...

Hermann Wesseling

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 L
41

B. 17

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNOPSIS NOMOGNOSTICA

IN IVS CANONICVM ET CIVILE,

HVIC ACCEDVNT

CONIVNCTIONES

Rubricarum ad quamlibet materiam Iuris in vtroque Corpore facillimè inueſtigandam,

VNA CVM 238. LEGIBVS PER nouellas immutatis,

NEC NON

DIFFERENTIIS IVRIS CAN. & Ciuilis: Locis item communibus ex V.I. depromptis.

Editio noua, & accurata.

OPERA

HERMANNI WESSELINGII

I. V. D. Colleg. Eccleſ. S. Martini Monaſterij VVeſtphaliæ Canonici.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud ANDREAM BINGHIVM in Laureto.

ANNO M. DC. LIIII.

Cum gratia & Priuilegio.

BIBLIOTECA NA[illegible] ROMA VITTORIO EMANUE[illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILI
AMPLISSIMO CLARISSIMO,
CONSVLTISSIMOQVE VIRO
ac Domino
D. BALTHASARO
HATEISEN
I. V. LICENTIATO
IMPERIALIS CAMERÆ SPIRENSIS
ADVOCATO FISCI
meritiſſimo
DOMINO PATRONO SVO OBSERVANDISSIMO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TRiennium *eſt*, vir Clariſſime, *quod iuris vniuerſi Synopſin, typis meis publicam*, Ampliſſimoque Nomini tuo *inſcriptam priuatim etiam Tuam feci, iam tum auguratus, quod nunc re ipſa accidiſſe non mediocriter gaudeo, vt* Tuo *videlicet* Nomine *illuſtrata non perſtringeret duntaxat Zoilorum caliginem, ſed accenderet etiam vehementer illorum animos, quotquot aliquam Iuri operam impendunt.*

Ni-

Nimirum ſax Nominis Tui *tenui opuſculo prælata, ita ſui ſplendore late refulſit, vt certatim concurſum ſit vndique, & exemplaribus ad vnum omnibus diſtractis, ſuperſint iam tamen emptores, nouamq́ editionem opportuniſſima, mihi importunitate extorqueant, nec enim potuit non placere ſynopſis illa Iuris vniuerſi Metrica, cui Tu Vir vnus Iuris peritiſſimus, deinde etiam dicendi Iuris in præclariſſimo Europæ theatro, meritiſſimus præfectus tutelam gerebas.*

Ergo iterum prælo ſubiectam redire ad Te volui Vir Ampliſſime *augmento etiam, ne omnino idem accederet, aliquanto auctiorem, nihil itaque hic tibi offero, nihil dedico tantum quod Tuum eſt, & quod ſic tuum fuiſſe vt ſupradixi mea ſunt, interfuit, hoc inquam Tuum tibi remitto, Accipies, qua ſoles humanitate literas omnes, & iſtas imprimis de Iure loquentes, interque Clientes Tuos vt facis, numerare porro non deſines.*

Tuum

Ampliſſimæ Dominationi
Tuæ deuotum

ANDREAM BINGIVM
Bibliopolam.

LEGES
CODICIS
PER VARIAS IMperatorum Conſtitutiones mutatæ,

STVDIOSIS PARITER ET AD VOCATIS, NE HAC IN LEGVM immenſitate deinceps hallucinentur, perutilis, & neceſſaria.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

COLONIÆ,

ANNO M. DC. LIIII.

LEGES CODICIS CORRECTÆ.

QVoniam in hoc immenſo Iuriſprudentiæ Pelago nihilo feliciùs verſaberis, quàm in Labyrintho ſine filo Theſei, quin & in allegando textum hallucinaberis, niſi legum viciſſitudines probè diſcernas, & tempora, Ideo quæ leges in nouem libris Codicis (poſteriores namque tres parum ſunt in vſu) per Nouellas Iuſtiniani Conſtitutiones mutatæ ſint, hoc loco addendum eſſe duxi. Sunt autem leges mutatæ in primo lib. 61. In ſecundo lib. 8. in tertio lib. 14. In quarto lib. 22. In quinto libro 58. In ſexto lib. 034. In ſeptimo libro 16 In octauo lib 17. In nono libro 8. Et ſic vniuerſim 238. leges exiſtunt per nouellas immutatæ, vt infra patebit. prima linea Cypharum librum Codicis, 2da. titulum. 3a. legem mutatam. 4a. Conſtit. mutantem deſignat.

Lib.	Tit.	lex.	Conſt.	Paragraphus.
8	14	14	112	Ab hac verò litigioſi.
9	27	11	12	Ac cum inter pleraſq;.
3	28	6	18	Ac ſæpe numero.
3	1	12	9	Ac præ omnibus.
9	9	30	134	Adhæc verò.
7	63	2	23	Adhæc ſancimus.
6	28	4	115	Adhæc aliud Capitulum.
5	27	11	117	Adhæc verò.
5	9	1	22	Adhæc ſi tutelam Mulier.
4	18	1	115	Adhæc & aliud Capitulum.
3	1	12	15	Adſumet verò.

Lib.	Tit.	lex.	Conſt.	§
2	38	1	119	Adhæc ſancimus.
1	3	34	123	Adſcriptitios verò.
5	9	6	2	Aliud verò quiddam.
1	19	4	119	Aliud adhæc Capitulum.
5	13	9	97	Ante omnia alia.
8	37	1	112	Atque ea igitur de re.
5	34	8	72	Atqui omnino.
1	2	14	120	Atque hæc quidem.
1	2	14	120	Atqui œconomis.
1	3	14	123	Certè ſiquis Epiſcopus.
5	9	9	22	Commodiſſimè autē.
6	55	7	118	Conſequens autē Nobis.
1	3	13	——	Conſtitutio Friderici Secundi de ſtatut. & Conſuet. cont. lib. eccleſ. edit.
1	3	31		Conſt. Frid. 2. ſup. alleg.
1	4	17		
1	5	4		
4	13	5		Conſt. Frid. de ſtudioſis bonarum literarum.
1	3	25	112	Cæterum ad intentiones.
5	17	7	117	Cæterum & id.
5	27	11	78	Cæterum ſiquis libertam.
5	70	7	72	Cæterum ſi aurum.
6	57	3	118	Cæterum ſi neque fratres.

Cæte-

Lib.	Tit.	lex.	Conſt.	§.
9	9	15	134	Cæterum ſiquis eorũ.
5	9	3	2	Cũ igitur reliquũ ſit.
1	3	9	123	Diaconiſſa autem.
3	9	1	96	Didicimus enim quod
5	9	9	22	Duo igitur huic.
6	43	3	39	Ea itaque de re.
8	54	34	52	Enimverò & illud.
1	5	11	115	Enimverò generalem.
8	14	24	4	Enimvero neq; ad res.
4	10	14	4	Enimverò neq; ad res.
6	40	2	22	Enimverò quem deinceps.
5	35	2	18	Enimverò ex his.
4	20	10	90	Enimverò ſi ſeruilis.
5	30	1	118	Enimverò ex his.
2	58	2	50	Eodem loco.
3	36	27	18	Et quod ſæpe numero.
4	20	14	90	Et quiuis antea quoq;.
4	29	21	61	Et ſancimus, ſiquis donationem.
5	3	20	61	Et ſancimus ſiquis.
6	23	21	107	Et ſiquidem ea forma.
1	5	1	109	Ex quo enim prærogatiuam.
5	4	23	117	Ex quo verò pridẽ legem.
5	9	3	22	Ex hoc alius.
5	27	1	117	Ex quo verò pridem.
1	3	19	6	Hæc autem de DEO.
3	15	2	68	Hæc nos omnia reuoluentes.
4	21	17	90	His omnibꝰ intelligẽdis.
6	94	7	1	Hinc nos cura.
6	57	3	118	His verò non ſubſiſtentibus.

Lib.	Tit.	lex.	Conſt.	§.
1	18	12	97	His Conſequens eſt.
1	18	12	91	His itaque in Controverſiam.
1	2	14	120	Hoc quoque iubemus.
5	9	3	2	Hoc autem quod.
1	2	13	5	Illud quoque decernimus.
1	3	20	5	Illud quoque decernimus.
1	29	22	134	Illud quoque ad Collatorum.
5	3	20	127	Illud quoque dignum.
5	3	9	2	Illud quoque dudum.
5	16	24	22	Illud etiam quod.
6	20	1	18	Illud quoque hac complecti.
8	18	7	18	Illud quoque hac.
8	37	4	112	Illud quoque per præſentem.
1	2	14	120	Inſuper ſiquis rem.
1	3	17	123	Inſuper interdicimus.
1	3	31	83	In principio.
1	3	31	131	Interdicimus item.
1	4	17	15	Interea igitur illud.
2	1	7	119	Inſuper & hoc præcipimus.
5	3	20	119	In princip.
6	57	3	117	In princip.
6	60	6	117	In princip.
7	44	3	83	In princip.
8	40	1	99	In princip.
8	52	3	54	In princip.
1	2	19	131	Item pro temporalibus.

Item

Lib.	Tit.	lex.	Conſt.	§.
5	10	1	22	Item ſi rerum.
6	55	7	22	Item quia mater.
2	58	2	123	Iubemus igitur.
7	61	1	125	Iubemus igitur.
3	28	6	92	Lata igitur a Nobis.
8	56	7	22	Mater ſanè.
9	19	6	115	Memoriæ inſuper tenemus.
1	44	1	134	Neceſſarium autē putamus.
9	4	3	134	Neceſſarium autē putamus.
4	47	2	17	Neque item Committes.
5	27	2	89	Ne igitur perpetuò.
6	20	5	18	Neque illo quidem.
7	6	1	22	Neque item alieno.
8	21	3	4	Neque hoc tantum.
5	9	5	98	Nuptialibus namque lucris.
7	43	8	112	Omne quoque diſpendium.
4	2	17	73	Oportet verò in his.
4	21	19	73	Oportet verò Iudices.
1	3	32	81	Palam verò.
5	17	10	22	Per cauſam verò neceſſariam.
1	3	35	123	Poſt ordinationem.
5	27	11	18	Porro autem.
4	21	7	90	Porro quoniam ſcimus.
4	21	19	50	Porro & illud putauimus.

A 4 Porro

Lib.	Tit.	lex.	Conſt.	§.
1	2	14	120	Porro ſi qua prædictarum.
1	3	7	123	Præterea nulli Magiſtratuum.
1	3	8	123	Præsbyterum verò minorem.
1	3	22	123	Præterea nulli Magiſtratuum.
1	3	29	123	Præ omnibus autem.
1	3	31	79	Propterea igitur.
1	3	32	123	Presbyteri autem.
4	12	4	52	Propterea ſancimus.
5	5	6	12	Proinde ſancimus.
1	3	40	123	Porro Dei amãtiſſimos.
3	1	14	87	Porro ſi contingat.
5	5	6	89	Poſtremò vltima.
8	1	5	60	Porro & illud.
5	13	1	97	Præterea quia legem.
5	17	5	22	Præte ea verò.
1	2	14	7	Quia verò didicimos.
1	2	14	7	Quia verò.
1	2	14	120	Quia verò.
1	2	14	7	Quia verò l conis.
1	2	14	54	Quia igitur nuper.
4	19	19	90	Quia vero multi.
5	9	1	95	Quia verò magna.
5	9	5	127	Quia verò & mulieres.
5	17	8	117	Quia verò quædam.
5	17	9	117	Quia verò & ex conſenſu.
5	35	2	95	Quapropter ſancimus.
5	37	1	72	Quia verò grauatè.
6	8	2	78	Quia verò ſemper.
6	18	1	117	Quia verò pridem.

Lib.	Tit.	lex.	Conſt.	§.
6	23	29	119	Quia verò antehac.
6	58	11	84	Quia igitur Conſiderantes.
6	60	6	134	Quia verò & hoc impietatis.
7	63	2	119	Quia & hoc ſancimus.
8	14	27	53	Quia verò Compertum.
7	13	1	119	Quantum verò ad præſcrip.
3	11	2	53	Quam rem miſerãtes.
6	57	3	118	Quandoquidẽ igitur.
2	55	4	82	Quoniam verò.
4	10	12	134	Quoniam & hoc.
5	9	3	22	Quodſi mulier.
5	9	3	22	Quoniam verò alienationes.
5	9	3	22	Quodſi mulier ſimul.
5	9	8	22	Quoniam verò alienationes.
5	9	6	22	Quoniam verò paulò antea.
5	9	8	22	Quod autem ſupereſt.
6	1	3	134	Quoniam verò & hoc.
6	18	1	53	Quoniam verò ad clementiam.
6	59	1	22	Quodſi mulier.
8	43	16	4	Quod autem conſequitur.
9	9	11	117	Quoniam verò multas.
6	53	3	118	Reſtat vt & tertium.
1	3	8	123	Reuerendiſſimis præſbyteris.

Lib.	Tit.	lex.	Conſt.	§.
7	31	11	19	Rurſus ſancimus.
1	2	17	120	Sane ſi plura Vaſa.
1	3	35	5	Sanciendum ergo ſacras.
2	12	25	72	Sancimus igitur, vt inter.
3	9	1	52	Sancimus igitur, vt cũ.
4	19	6	48	Sancimus igitur.
4	32	16	32	Sancimus igitur.
5	27	8	80	Sanciendum autem.
5	27	11	89	Sane ſi naturalium.
5	27	11	89	Sanciendum autem.
6	55	7	115	Sancimus igitur.
7	45	14	96	Sancimus igitur.
7	62	6	93	Sancimus igitur.
9	19	6	60	Sancimus igitur.
1	2	14	120	Sed & hoc de Venerabilibus.
1	2	14	7	Scire autem.
1	3	4	123	Sed neque Cohortales.
1	3	19	22	Sed & ſiquis.
1	3	28	131	Sed & ſiquis pro redemptione.
1	45	1	8	Secundum veteres Cõſtitutiones.
3	1	9	115	Sed & hoc præſente.
4	10	15	90	Scimus denique.
3	28	19	115	Sed ſi filia.
5	3	19	79	Sed & aliud.
5	3	20	91	Sed & illud.
5	9	9	22	Sed neque illud.
5	12	29	97	Sed & illud.
5	24	1	117	Sed & illud ad Certã.
6	27	11	74	Sed & aliud.

Sed

Lib	Tit.	lex	Conſt.	§.
7	11	4	119	Sed & hoc per præſentem.
8	18	11	73	Sed & ſiquis.
1	2	13	123	Si Mulier, aut vir.
1	2	14	7	Sicut autem damnoſas.
1	2	14	120	Si verò præter hæc.
1	2	14	120	Si verò quædam.
1	2	14	7	Sinimus ergò.
1	2	14	120	Siquis verò Colonus.
1	3	10	123	Siquis cum diuina.
1	3	34	123	Si ſeruus ſciente.
1	3	37	115	Si vnum aliquem.
1	4	8	123	Siquis contra aliquē.
1	4	21	115	Siquis ex memoratis.
4	30	14	100	Si intra 10 annos.
4	34	11	88	Siquis enī ab aliquo.
6	28	4	115	Siue igitur omnes.
6	42	32	1	Siquis autem.
6	48	6	123	Siquis ſub conditione.
6	49	7	119	Siquis vnquam.
6	49	7	131	Si verò hæres.
6	49	11	118	Si igitur cū defunctis.
6	55	7	115	Si hæc ita.
6	60	6	118	Si cum aſcendentibus.
7	6	1	22	Si vero cum quis.
7	49	1	124	Siquis litigantium.
8	18	11	73	Siquis igitur.
9	9	30	134	Siquando adulterii.
5	9	5	22	Soluto ergò.
5	9	8	22	Soluto ergò.
1	3	25	125	Sportularum autem nomine.
4	30	4	18	Studium verò.

Lib.	Tit.	lex.	Conſt.	§.
7	44	3	17	Tertiò, ſtudio tibi ſit.
7	72	11	53	Vbi verò ſemel.
5	4	23	51	Vnde facultas eſto.
2	52	5	100	Vnde igitur ſummatim.
3	1	13	82	Vt autem omni modo Iudices.
5	15	3	100	Vt igitur ſummatim dicamus.
9	49	10	134	Vt autem non ſolum.

Expliciunt leges Codicis mutatæ, de mutat. ll. ff. alibi.

SEQVVNTVR DIFFERENTIAE IVRIS *Canonici, & Ciuilis adeò ſcitu neceſſariæ, vt ſine earum cognitione perfecta nemo Iuris prudentiæ Candidatus euadat, oleumque perdat, & operam, ſi his incognitis perfectam Iuris cognitionem habere præſumat.*

De Differentijs Iuris Ciuilis, & Canonici.

EA eſt differentia inter Ius Canonicum, & Ciuile, quod Vbi ius Canonicum in re aliqua deficit, ibi licitè recurratur ad ius Ciuile, & è contra, ſupplendi, vel interpretandi alterius cauſa c. 1. ex. de noui op. nunc. ita vt hinc rectè conſtitutum ſit à Iure Canonico, vt ſi Iudex Eccleſiaſticus neglectis Iuris Canonici, vel Ciuilis Conſtitutionibus aliter ſententiam dixerit, ipſa vel iure nulla ſit, vel iuſtè ab ea prouocetur. c. 1. ex. de ſent. & re iud. Quæ

Quæ tamen regula non eſt perpetua, ſed ſuas limitationes habet, quia primò ea tantum intelligitur, vbi ius Ciuile fauorabile eſt, non vbi odioſum.

Deinde quia omnis poteſtas & Iuriſdictio detracta & laicis diſponendi de perſonis, & rebus Eccleſiaſticis, nequi, quæue ſemel Deo dicata ſunt, temerè ad humanos vſus transferantur contra iuris Regulas, Tum etiam limitatur, vbi lex, ſeu Conſtitutio Ciuilis peccatum fouet, vt eſt concubinatus, vſura, malæ fidei præſcriptio, quæ ius Can. non admittit, quia non valent.

Poſtremò vbi extra præmiſſas limitationes ius Can. à iure Ciuil. diſcrepat, vtrumque in ſuo foro obſeruandum eſt.

Nunc ad differentias veniamus.

Differentia I.

Prima diff. Iuris Can. in eo diſſidet à iure Ciuili, ꝙ indiſtinctè auferatur Laicis facultas diſponendi de rebus, vel perſonis Eccleſiaſt. c. Eccleſ. S. Mariæ. 10. ex. de Conſtit. Contra titulos Cod. de SS. Eccleſijs, de Epiſc. & Cleric. de Epiſc. audien. Item contra Nouell. de SS. Epiſc.

2.

Eſt in c. 3. ex. de reſcrip. quod in Reſcripto S. Pont. non neceſſario inſeratur hæc Clauſula. Si preces veritate nitantur, ſed ſufficit eam tacitè intelligi: Ius Ciuile autem hanc Clauſulam expreſſe requirat, alioqui ea omiſſa non valet Reſcriptum l. fi. C. de diuerſ. reſcrip.

3.

Eſt in c. quia propter. ex. de Elec. Vbi certa forma requiritur circa Electionem Epiſcopi. Diuerſam vero tradit. Iuſt. in Nou. 123. de SS. Epiſco. §. 1.

4.

Eſt ſub tit. de ætat. qual. & ord. præficiendor. in 6. & in Clem. Vbi quoad ordinandos Clericos diſſentitius Can. à Ciuili, quod extat in d. Nou. de SS. Epiſc. §. Clericos autem.

5.

Eſt in c. 36. de off. & pot. iud. deleg. Vbi Legatus S. Pontificis ſententiam à ſe latam ipſe Executioni mandare poteſt intra annum. Contra l. 55. ff. de re iud. Iudex inquit tex. poſtquam dixit ſententiam, Iudex eſſe deſinit.

6.

Eſt in c. 1. & 3 ex. de pac. Vbi dicitur, nudum pactum ſeruandum eſſe, adeo quod promittens ad eius obſeruationem conſtringi poſſit. Secus eſt de iure Ciuili, quod ex nudo pacto non oritur actio. l. 7. ff. de pac. Nam hæc res periculum animæ continet, cum apud Deum non ſit differentia iuramenti, & ſimplicis loquelæ. c. 22. q. 5 præferendum eſt ius Can. hac in re Ciuili.

7.

Eſt in c. quamuis. de pac. lib 6. quo pactum filiæ cum patre initum de non ſuccedendo patri confirmatur iuramento, Contra l. 3. C. de collat. Idem eſt in alienatione dotis, & donat. prop. nup. in quam licet Mulier conſentire non poſſit. l. vn. C. de rei Vxor. act. Auth. ſiue à me. C. ad SC. Vell. etiam iurata de iure Ciuili. d. l. vn. Confirmatur tamen iuramento de iure Can. c. 28. ex. de iureiur. Adeoque ſeruari debet etiam in foro Ciuili.

8.

Eſt in c. 2. de arbit. quo duobus ex tribus arbitris permiſſum eſt, in cauſa compromiſſa procedere, tertio

tertio contumaciter, vel aliàs. Voluntariè abſente. Ius Ciuile omnium præſentiam exigit. l. 20. ff. de recep. arbitr. & hanc differentiam refert ad vlt. limitationem.

9.

Eſt in c. 4. ex. de iud. quo Epiſcopo licet diſpenſare cum clerico adultero, & in leuioribus delictis. Contra ius Ciuile, quo Iudex gratiam facere non poteſt delinquenti. l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turp. cum non debeat eſſe clementior lege. §. oportet. Nou. 28. de iud. Præterea aliter puniuntur Clerici de iure Can. & aliter laici de iure Ciuili.

10.

Eſt in c. dilecti. 6 ext. de iud. quo neceſſe non eſt, actionis nomen in libello exprimere. Aliter de iure Ciuili, quo nemo in Iudicio ſine Actione experitur. l. 6. §. fi. ff. de negot. geſt. li. 1. ff. de eden.

11.

Eſt in c. pen. ex. de iud. quo inſtantia Iudicij perlapſum triennij non perit. Contra l. pen. C. de iud. in quo & Camera Imperialis ius Can. ſequitur, teſte Mynſing.

12.

Eſt in c. 12. ex. de foro comp. quo Clerici etiam iurati renunciare non poſſunt priuilegio Eccleſiaſtici fori, & ſe ſubijcere ſeculari Iudici; Contra l. pen. C. de pac. Quia hoc priuilegium toti Ordini Clericorum, non vni tantum datum eſt. Cuius iuramentum in præiudicium alterius non obligat.

13.

Eſt in c. 18, ex. eo. Quo Clerici iuriſdictionem alterius Iudicis Eccleſiaſtici prorogare non poſſunt ſine cōſenſu Epiſcopi ſui: ſecus eſt de iure ciuili, quo con-

Conſenſus partium ſufficit l.1.& 2.ff.de iud.

14.

Eſt in cap.3.ex. de ord cognit. quo cautum eſt,vt ſi cauſa natalium incidat in petitionem hæreditatis,vt quia petenti hæreditatem paternam obijcitur quod non ſit legitimus filius; Cauſa Natalium referri debet ad Iudicem Eccleſiaſticum, qua expedita,cauſa principalis hæreditaria remittitur ad priorem Iudicem ſecularem. Contra l.3.C.de iud.& l.3.C.de ord. iud.Vbi quæſtio ſtatus quoties in cauſam principalem incidit,ſimul tractatus coram eodem Iudice, licet aliàs idem Iudex de quæſtione ſtatus non poſſit principaliter cognoſcere. Diuerſum eſt de iure Can.propter matrimonium, ex quo cauſa natalium pendet,quod cum ſpirituale ſit, ad Iudicem ſecularem non pertinet.

15.

Eſt in c.18 ex. de reſt. ſpoliat. Vbi remedium recuperandæ poſſeſſionis & in eum datur,qui non deiecit poſſeſſorem,ſed à deijciente ſciens, & prudens rem eandem accepit.Contra l.7.ff. de vi,& vi arm. Quod quia conſcientiam concernit, etiam de iure ciuili obtinet.

16.

Eſt in c.1.& ſeq ex.de teſt.cog.quo teſtis non poteſt ad dicendum teſtimonium cogi ſed moneri,& induci debet.At iure Ciuili indiſtinctè compellitur teſtis. l.18.C.de teſtib.

17.

Eſt in c.5.17.& fi. ex. de præſcrip. quo præſcriptio abſque bona fide non currit,adeoq;ea toto præſcriptionis tempore requiritur,contra ius Ciuile,quo bona fides initio tantum neceſſaria eſt.l.vn.c.de Vſucap.

Et in

Et in præſcriptione 30. annor. nequidem initio bona fides requiritur. l. 8. §. 1. l. 3. & 4. c. de præſcrip. 30. vel 40. annor. Quare cum hic verſemur in materia peccati, ſtandum erit potiùs iuri Can. etiam in foro Ciuili. Vt & in Camera Imp. receptum teſtatur Gail. lib. 2. obſ. 18. n. 7. Eſt autem bona fides conſcientia bona, qua putamus, rem noſtram eſſe, licet reuera ea aliena ſit.

18.

Eſt in l. fi. C. de præſcrip. 30. an. Quod is, cuius præſcriptio interrupta eſt per litis conteſtationem, poſſit ceſſante iudicio nouam præſcriptionem inchoare. & rem 40. annis præſcribere, contra ius Can. cum ſemel conſtitutus ſit in mala fide.

19.

Eſt in c. 59. & 62. ext. de appellat. Vbi appellatio permittitur ante ſententiam definitiuam Secus eſt de iure Ciuili. l. 7. C. quor. appell. non recip. l. apertiſſimi. C. de iud. excep. quibusd. Caſib.

20.

Eſt in c. 1. ex. de his, quæ fiunt à prælat. Vbi in alienat. rer. Eccleſiaſticarum ſufficit vtilitas Eccleſiæ, quæ alienationem ſuadeat, accedente tamen conſenſu, & præſcriptioue Capituli. De iure Ciuili maior ſolemnitas requiritur. in Auth. Hoc ius porrectũ eſt. C. de SS. Eccleſijs.

21.

Eſt in c. 1. ex. de pig. vbi dr. quod res ſacra, vt eſt Calix, patena &c. de iure Can. pignori obligari poſſit vrgente neceſſitate. Aliter de iure Ciuili. l. 1. ff. quæ pignori.

22.

Eſt in c. 10. Odoard ex. de ſolut. quo Clericus ob æs alie-

alienum in Carcerem conijci non poteſt, nec bonis cedere cogitur, ſed præſtando cautionem de ſoluendo, vbi pinguiorem fortunam peruenerit, liberatur: De iure Ciuili Debitor, qui ſoluendo non eſt ducitur in Carcerem, aut bonis cedere compellitur. l. 1. C. Qui bonis ced. poſſ.

22.

Eſt in c. 10 ex. de teſta. quo valet teſtam. coram parocho, & 2 vel 3. teſtib. idoneis conditum. Aliter de iure Ciuili, quod regulariter 7. teſtes requirit. l. hac conſultiſſima. 21. C. de teſtam adeo vt ſi vnus teſtis deſideretur tota cauſa corruat l. ſi vnus. C. eo. etiã quoad teſtam. tempore peſtis conditum. l. 8. C. eo. Vbi Not. Quod etſi ſint, qui exiſtimant hanc ſolemnitatẽ teſtam. iuris Ciuilis ſublatam per ius Can. in d. c. cũ eccleſ. 10. Verius tamen eſt, d. c. tantum locum habere in terris Eccleſiæ, id eſt, Rom. Pontifici temporaliter ſubiectis, non autem in terris Imperij, vbi ius Ciuile ſequimur. Nec monet ius diuinum de 2. aut. trib. teſtibus, In ore duorum &c. Quia ex cauſa poteſt Princeps à iure diuino diſcedere, declarando illud non habere locum aliquo caſu veluti in teſtam. propter euitandam falſitatem. teſtes regulariter exiguntur.

Item in homicidio, quod licet iure diuino prohibitum ſit, tamen defendendi ſui cauſa licet aggreſſorem occidere. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & t. t. ff. ad l. Cor. de ſic.

24.

Eſt in c. 11. ex. de teſtam Vbi voluntas vlt. pietatis cauſa coram 2. aut 3 teſtib. legitimis facta valet, non obſtante iure Ciuili de 7 vel 5. teſtibus adhibendis. l. ſi. C. de Cod. & d. l. hac conſultiſſima.

25.

Eſt in c. 13. Ex. eo. de teſta. vbi dicitur, quod qui extre-

extremam voluntatem in alterius diſpoſitionē committit, non videtur diſcedere inteſtatus. Contrarium videtur de iure Ciuili, quo neceſſariò requiritur hæredis inſtitutio. lib. 29. C. de teſtam. DD. putant, id permitti fauore piæ cauſæ, ſed male, quia fauore piæ cauſæ non videtur remiſſa ſolemnitas iuris. l. 13. C. de SS. Eccleſ. Sed videtur inſtitutus ex verbis, d. c. cum tibi. 13.

26.

Eſt in c. Raynutius 16. & in c. Raynald. 18. ex. eo. de teſtam. vbi permittitur filio, ſi fideicommiſſo vniuerſali grauatus ſit à parente, detrahere legitimam ſuā, & 4. Trebellianicam. v. g. Pater condito teſtamento inſtituit filium ſuum hæredē, eumq; rogauit, vt poſt mortem ſuā, ſi ſine liberis deceſſerit, reſtituat hęreditatem alteri. Hic igitur filius ſi ſine liberis deceſſerit, primo detrahit ſibi ex hæreditate paterna legitimā ſuam, id eſt, 4. Vncias, quæ conficiunt vnam partē hæreditatis. Deinde ex reliqua hæreditate beneficio SC. Treb. duas alias Vncias, quæ eſt 4. pars reliquæ hæreditatis, ita quod ex duplici hac detractione conſequatur filius ſemiſſem, id eſt, mediam partē hæreditatis paternæ, quam cui vult relinquere poteſt filius. Contra vero ius Ciuile vnam tantum detractionem admittit, vel 4. Trebellianicæ. § quamobrem. Nou. 39. de reſtitut. & l. 6. C. ad SC. Trebell. Puto ius Ciuile in ſuo foro, & Can. in terris Eccleſiæ ſeruandum eſſe, etſi diſtinguant DD.

27.

Eſt in c. fi. ex de ſepult. quo tenentur hæredes ex delicto defuncti licet ad eos nihil ex eod. delicto peruenerit. Contra ius Ciuile quo hæres ex delicto defuncti conueniri non poteſt, niſi vbi aliquid ex eius delicto ad eum peruenit, ne ex delicto defuncti diteſcat hæres. L. vn. C. ex delic. defuncti. l. 5. ff. de Calumniato-

niatorib nisi delictum circa contractum admiſſum ſit, cum contractus regulariter natura ſua ad hæredes tranſeant l ib.11.& 48.ff. de obl. & act. Aut niſi lis ob cauſam delicti antea conteſtata fuerit cum defuncto, quia per litis conteſtationē in iudicio quaſi contrahitur.l.3.ff. de pec. Similis caſus eſt in furto, quoad actionem furtiuam, quæ in hæredē tranſit, etiamſi ad eum nihil peruenerit, l.7. ff. de Cond. fur. idq; ob huius delicti frequentiam. His caſib. hæres ex delicto defuncti nō tenetur iure ciuili: cū delicta perſonalia ſint, ac proinde etiam pœnæ perſonales l. ſancimus 22.ff. de pœn. At de iure Can. indiſtinctè tenetur hæres ad reſtitutionem damni à defuncto illati, vt ſc. hac reſtitutione facta per hæredem expietur anima defuncti. Et cum hæc res animæ ſalutem concernat, præferendum eſt ius Can. iuri ciuili etiam in ſæculari foro.

28.

Eſt in c.7 22.& 26.ex. de decimis. Vbi integræ ſoluuntur decimæ, non deductis Expenſis ſeminis, culturæ, vel laboris; Contra l.36.§.fi.ff. de petit. hæred.l. 7.ff. ſolut. Matr. & l.1.C. de fruct.

29.

Eſt in c.6.ex. de immunit. Eccleſ quo delinquentes, ſi ad Eccleſiam confugerint, inde abſtrahi non poſſint, exceptis publico latrone, & nocturno depopulatore agrorum, Contra § neque autem hominis. Nou.17. de mandatis principum, vbi immunitas tollitur.

30.

Eſt in c. fi.ex. Ne clerici, vel monachi.l.5. Vbi Epiſcopi, & alij Clerici iuriſdictionem ſecularem habentes ea, quæ ſunt meri imperij, alteri mandare poſſunt,

Con-

Contra ius ciuile, quo meri Imperij delegatio non admittitur.l.1.ff.de off eius.l.6.ff.de off.proconſulis Ideo autem in Epiſcopis,alijſque Clericis contra receptum,ne ſi ſanguinis pœnam irrogant, irregularitatem incurrant.c. Siquis.eo.

31.

Eſt in c.2.de ſponſal.c.7.ex.deſponſa impu.Vbi alter alteri renunciare ſponſalib. à ſe contractis no poteſt,ſed requiritur vtriuſque diſſenſus.ſecus eſt ex iure Ciuili.l.1.C.de ſponſal.

32.

Eſt in c.5.ex.de ſpõſal.Vbi propter diſceſſum ſponſi in exteras regiones permittitur ſponſæ quærere alium maritum, De iure Ciuili triennium exigitur, quo abeſſe neceſſe eſt ſpõſum l.2.C.de repud. licet ſi præſens eſſet ſponſus, poſſit ille ſtatim renunciare ſponſalibus per libellum repudij. d. l. 1. C. de repud.

33.

Eſt in c.12.ex.de ſponſ. Vbi matrimonium prohibetur contrahi ob dictum vnius aſſerentis, eos ſibi inuicem affines eſſe. Aliter de iure Ciuili,quo vnius dicto,aut teſtimonio non creditur.l.8.C. de teſtib.

34.

Eſt in eod.c.12.Vbi oritur affinitas ex illicito concubitu.De iure autem Ciuili non oritur affinitas,niſi ex iuſtis nuptijs l.4.ff.de gradib.affinit.

35.

Eſt in c.14.ex.eo Vbi dicitur,matrimonium metu Contractum ipſo iure nullum eſſe Aliter de iure Ciuili.l.22 ff.de ritu nup.quia coacta voluntas etiam voluntas eſt, licet per actionem quod metus cauſa.

ma-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

matrimonium reſcindatur. l.21.ff. de eo, quod met. Cau.

36.

Eſt in c cum in Apoſtolica ex. de ſponſ Vbi matrimonium cum alia contractum valet, licet adhuc pendeat lis ſuper alio matrimonio: Contra l.2. & 3.C.de litigioſ.

37.

Eſt in c.19.ex.de ſponſ.quo mulier abſente Marito quantocunque etiam temporis ſpacio euoluto alteri nubere non poteſt, priuſquam certum nuncium de morte Mariti receperit, Siquidem iure Can. matrimonium non diſſoluitur, niſi morte alterius coniugum, c.pen.& fin.ex.de ſecundis nup & 1.Cor.7.Quæ certe mors cum in facto conſiſtat, probanda eſt, c.2. de Conſt.in 6 De iure verò Ciuili poſt quinquenniũ nubere poteſt, vbi maritus captus eſt, & incertum, vtrum adhuc viuat.l.6.ff.de diuort. & Nou.22.§. Sed etiam. Si in bello perijſſe dicatur, poſt annum, ſeruata tamen forma Auth.Hodie.C.de repud.

38.

Eſt in c.23.ex.eo.de ſpon. Vbi ad matrimonium contrahendum ſufficit eorum conſenſus, qui contrahunt, non etiam parentum, contra l.2.de ritu nup. & Inſt.de nup.

39.

Eſt in c. 23. ex. de deſponſat. impub. quo pubertas ex habitu Corporis, non etiam annorum numero æſtimatur, vt ſc. pubes ſit, qui generare poſſit, ac proinde tunc matrimonium contrahere. At iure Ciuili ex annorum numero pubertas colligitur, quæ in Maſculo 14. ætatis anno impleto, in fœmina, anno 12.

Re-

Rectiùs, ius Can. Cùm hanc iuris Ciuilis ætatem malitia, ſiue prudentia ſupplere poſſit. Refert enim Gregor. puerum quendam 9. annorum iuam nutricem impregnaſſe.

40.

Eſt in c.2.ex.de clandeſt.deſponſ. & c.30. q.5. Vbi ex mutua cohabitatione maris, & fœminæ non præſumitur Matrimonium, ſed contubernium, ſtuprum, fornicatio, adeo licet ea habitatio decennalis ſit, aut longioris temporis. c. 11. ex. de præſump. Contra l. 24. ff. de ritu nup.

41.

Eſt in ti.ex. de coniug. ſeruor. quo permittitur matrimonium inter ſeruos, vel inter liberum, & ancillam contra l.3.C.de inceſt & inutil.nup. & Inſt. de nup. quia eo iure ſerui pro mortuis habentur. l. ſeruitutem. ff. de R.I.

42.

Eſt in c.5. ex. de eo.qui dux.in matrim. Vbi liberi ex damnato concubitu nati iubentur à parentibus ali, conrra Iuris Ciuilis rigorem. Auth. ex complexu. C. de inceſt. Sed æquitatem Iuris Can. in foro Ciuili ſequendam eſſe tradit Bar. Panorm. & Cam. imperialis.

43.

Differentia eſt quoad gradus Cognationis & affinit. Nam ius Ciuile primum gradum non col ocat inter tranſuerſales, ſed à ſecundo gradu incipit, in quo conſtituit fratrem, & ſororem. In 2. fratris, & ſororis filium, & filiam &c. Inſt. de gradib. Cognat. l. 1. & 10. ff. de grad. affin. Deinde permittis

matri-

matrimonium in 3. gradu, id eſt, inter fratris & ſororis filium, & filiam. Inſt. de nup. l. 3. ff. de ritu nup. At verò Ius Can. primum gradum habet, in eoque Conſtituit fratrem, & ſororem. In 2. fratris, & ſororis filium, & filiam, &c. Inter hos tranſuerſales olim prohibitio erat vſque ad 7. gradum Hodie verò vſque ad 4. gradum incluſiuè contracta eſt. Ius ciuile habet rationem ſucceſſionis, in quo ideo incipit à 2. gradu, quod mortuo fratre, vel ſorore ſine liberis primo omnium ad eius hæreditatem vocentur Pater, & Mater, ac proinde hi primum gradum ſucceſſionis conſtituunt. 2 Vocatur frater & ſoror defuncti, Idque iure Inſtitutionũ: Nam ex Nouell. Inſt. de hæredibus ab inteſt. venient. Vocantur primo loco fratres vtrimque defuncto coniuncti cum patre ad hæreditatem fratris defuncti. Quo verò ad gradus affinitatis, hi iure ciuili non extant, quod inter affines nulla hæreditaria ſucceſſio ſit. l. 7. C. Commun. de ſucceſſ. Et ideo etiam inter affines nulla prohibitio Matrimonij eſt niſi inter eos, qui parentum liberorumque loco ſunt vt inter priuignam, & Vitricum, priuignum, & Nouercam, Nurum & ſocerum, Generum, & ſocrum, etiam de iure Can.

44.

Eſt in c 5. ex. de frigid. Vbi propter naturalem frigiditatem mariti, qua impeditur fungi officio Coniugali, ſtatim ſi de frigiditate conſtet, matrimonium diſſolui poteſt, ſin dubium ſit, triennium expectatur. De iure verò Ciuili indifferenter triennium ſtatutum. §. diſtrahuntur. Verſ. per occaſionem. Nou. de nup.

45.

Eſt in c. 2. & pen. ext. Qui filij ſint legit. Vbi filij legiti-

gitimi cenſentur, qui ex matrimonio publicè & bona fide contracto, ſaltem alterius parentum, nati ſunt, etiamſi reuera matrimonium inter eos non conſtiterit. De iure autem Ciuili huiuſmodi filij ſpurij cenſentur. l. 3. C. ſolut. matrim.

46.

Eſt in c. tanta. ex. eo. Vbi legitimantur liberi ex ſoluta muliere nati ſubſequens cum ea matrimonium, nullis etiam interuenientibus inſtrumentis dotalibus, Contra l. 10. C. de naturalib. Vbi requiruntur dotalia inſtrumenta.

47.

Eſt in c. 2. ex. de diuor. vbi prohibetur matrimonium diſſolui propter crimen mariti, contra ius Ciuile, ideo verò hac in re ſequimur ius Can. quod diuortium abrogatum ſit.

48.

Eſt in d. c. pen. & vlt. ex. de ſecund. nup. Vbi mulier ſtatim poſt mortem mariti ſui rectè nubit alteri: De iure verò Ciuili non niſi poſt annum luctus, quo ſc. defunctum maritum lugere compellitur ſub infamiæ pœna. l. 1. & 2. C. de ſecund. nup. Quo exploſo etiam aliæ iuris Ciuilis pœnæ conſtitutæ in mulierem ſecundò nubentem intra annum luctus, vt quod amittat omnia lucra nuptialia: Item quod ex teſtamento mariti, vel alterius nihil capere poſſit iure inſtitutionis, legati, vel fideicommiſſi. Item quod ſecundo viro non poſſit in dotem dare vltra tertiam bonorum partem, vel etiam in teſtamento relinquere, abrogatæ videntur per ius Canon.

49.

Eſt in c. 6. ex. de raptor. Vbi mulier matrimonij cauſa abducta non dicitur rapi, ſecus de iure Ciuili, quo & in ſponſam raptus admittitur, & punitur. l. vn. C. de rapt. Virg. Item matrimonium inter raptum, & raptam conſiſtere poteſt. d. c. 6. iuxta tamen temperamentum Concilij Trident. At de iure Ciuili ſecus. d. l. vn. & nouell. de rapt. mulier.

50.

Eſt in ti. ex. de vſur. quo prohibentur vſuræ: At iure Ciuili permittuntur. ff. & C. de vſur.

51.

Eſt in c. 1. 2. 8. 16. ex. eo. Vbi fructus ex re pignorata perceptos cogitur creditor imputare in ſortem. Aliter de iure Ciuili per pactum Antichryſeos. l. 33. ff. de pignorat. act.

52.

Eſt in c. 2. ex. de maledicis. Vbi in blaſphemum ſolemnis pœnitentia, & pœna pecuniaria conſtituitur. De iure verò Ciuili, ſi in Deum blaſphemia commiſſa eſt, vlt. ſupplicium datur, Nou. vt non luxurientur homin.

53.

Eſt in c. quiſquis. §. 17. q. 4. Vbi ſacrilegium committitur, non tantum vbi res, ſacra è loco ſacro, ſed tantum ſi res ſacra è loco non ſacro, vel non ſacra è loco ſacro aufertur: Secus de Iure Ciuili, quo in re non ſacra quamuis è loco ſacro ſacrilegium non admittitur, ſed furtum. l. diuus. 5. ff. ad l. iul. pecul.

54.

Eſt in c. 10. ex. de iud. Vbi in Clericos delin-

quentes

quentes regulariter depoſitio ſtatuitur: Aliter in Laicos nocentes. ff. & C. de pœn. Cætera huc facile reuocari poſſunt. De quib. Vide Caniſium, in 4. lib. inſt. Felin. Panorm. & paſſim.

RESOLVTIO METHODICA totius Synopſeos ad Lectorem.

CVm præpoſterus ſit ordo priùs humana petere ſubſidia, vt illis deficientibus diuini fauoris gratia poſtuletur, de conſecrat. diſt. 1. c. omnis Chriſtianus in fine, imo vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. 61. diſt. c. miramur. 1. q. 1. principatus, & c. cum Paulus. Ideo diuino priùs implorato, præſidio, cùm Iuris vtriuſque ſcientia tam legum, quàm Canonum pretioſiſſima, non adminiculatiua. ceu 7. artes liberales, velut Gram. Rhet. Log. Arith. Geom. Aſtron. Muſ. ſed principalis, & ſacratiſſima, imo diuinitùs inſpirata ſit, maxime competens Principibus, Comitibus, Baronibus, cæteriſque Nobilibus, Clericis, atque Generoſis Perſonis iuriſdictionum, & iurium ipſorum manutentionem habentibus hanc Iuris analyſin pro formanda methodo ad beneuolum Lectorem ſtatui deſtinare, ne quem iuris ignorantiâ, Ius enim quilibet ſcire tenetur, & neminem licet ipſum ignorare. l. regula. ff. de iur. & fac. ignor in contemptum Dei incidere contingat: nam contemptores Canonum, & legum peccant in Spiritum S. cuius inſtinctu, nutu, & gratia editi ſunt.

25.q.1. Violatores,& c.nulli fas,Pro quo ſciendum eſt,quod licet ius nomen generale ſit, & lex ſpecies Iuris ; ſpecialiter tamen ius dicitur Præceptum,ſeu ordinatio principantis,& ſic ius triplex diſtinguitur, quia talis ſuperior principans aut eſt Deus,& dicitur ius diuinum:aut natura, & dicitur ius naturale primæuum:Aut eſt homo , & dicitur ius humanum,ſc. gentium,vel Ciuile,ſeu poſitiuum:& ſubdiuiditur in Canonicum (quod in decreto Gratiani, in quo SS. Patrum dicta deſcripta ſunt, cuius tres partes 1. diſtinctiones 101. 2. Cauſæ 36. De Conſecratione : In quinque libris Decretalium Gregorij Noni : In ſexto Decretalium,qui habet quinque libros Bonifacij Octaui, & Clementinis conſtitutionibus Clementis Quinti, quem Ioannes 22. in Concilio Viennenſi Anno Domini 1310. compleuit, & edidit. conſiſtit)& Ciuile conſiſtens in Digeſto,Codice, Inſtitutis,& Authentico,cui nouem collationes, quibus additur liber feudorum , quæ decima Collatio dicitur. Sed differunt Decretum , Canon , & Decretalis Epiſtola, diſt.3.§.porro. Vbi dicit Gratianus Frater Lombardi Magiſtri ſententiarum, quod Canonum alij ſint decreta Pontificum, alij ſtatuta Conciliorum : Nam Canon propriè dicitur ſtatutum in Concilio generali, vel Prouinciali factum authoritate Epiſcoporum. & de conſecrat.c.1. Decretum verò eſt ſtatutum , quod Papa de conſilo Cardinalium, ad nullius tamen conſultationem ſtatuit, & in ſcriptis redegit. de reſcrip.c. præſenti. Sed decretalis Epiſtola dicitur, quam Papa ſolus vel de conſilio Cardinalium ad conſultationem alicuius reſcribit, & reſpondet. de reſcrip.c.1. Indifferenter tamen Decreta , Canones, & Decretales Ius Canonicum nuncupantur.

tur. Porro ius ſcriptum ab Athenienſibus ortum habet: nam Roma totius terrarum orbis Princeps vſa eſt initio Monarchia, hoc eſt, vnius Regis dominatione abſque ſcriptis legibus; exactis deinde Regibus experti ſunt Romani Ariſtocratiam, ſeu optimatium dominationem, & mixtim Democratiam, quæ eſt multitudinis Imperium, quæ tamen mox priuatis commodis corrupta fuit ad Oliarchiam: Creati enim ſunt duo Conſules annui ex Patribus. mox plebs tumultuans ſuos magiſtratus adiecit, & hic ſtatus durauit ad Iulium Cæſarem vſque, annis ferè 464. Interim cum publica pax & concordia ſine ſcriptis legibus retineri non poſſet, non multo tempore poſt Tarquinium Superbum ſeptimum, & vltimum à Romulo Regem regno eiectum ob violatam à filio ſexti Tarquinij Lucretiæ pudicitiam adiectæ ſunt ex Græcia leges 12. tabularum. Cum iam imperio ſingulari Caij Iulij Cæſaris primi, 46. annis ante aduentum Domini, quem ſecutus Cæſar Octauianus Auguſtus, qui regnauit 55. annos putà 6. poſt natum Chriſtum, & 39. ante Chriſtum Reſpublica Rom. ad Monarchiam rediiſſet, Iuſtinianus Cæſar 79. Anno Chriſti 529. omnia Romanorum ſcripta, ac leges paulatim mirum in modum multiplicatas per Trebonianum in vnum conſarcinauit opus, quod digeſta, ſeu ius ſcriptum dicitur; cuius tria ſunt obiecta, verſatur enim nunc circa perſonas, nunc circa res nunc circa actiones. Perſonæ verò, ſeu homines ſunt aut liberi, aut ſerui, & ſunt illi aut ingenui, aut libertini triplici differentia, ſunt enim vel Ciues Romani, vel Latini, vel Dedititij: Ita ſerui aut naſcuntur, aut fiunt. Deinde omnes homines dicuntur iuris eſſe aut ſui, primò in tutela, vel teſtamentaria

vel legitima, vel datiua, deinde in curatione, poſtremo neutro iure tenentur: aut iuris alieni ſunt, vt ſerui, aut liberi, illis quidem eſt dominica poteſtas tam in res, quàm in vitam, ſed hoc iure nouo ſublatum eſt. His verò eſt patria, quæ modo conſtituitur, modo impeditur, modo finitur. Poſtea & rerum, circa quas ius Ciuile verſatur, tres potiſſimum ſubijciantur diuiſiones, quarum prima eſt in rebus, vel in patrimonio, vel extra patrimonium. Altera eſt, quod ſunt communes, quia iure naturali omnia ſunt communia, id eſt, communicanda tempore neceſſitatis, iuxta illud,

Quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non tibi, noli:
Sic potes in terris viuere iure poli:

Aut publicæ, aut Vniuerſitatis, aut nullius in bonis, aut ſingulorum hominum: Rerum enim dominia duplici via acquiruntur, aut iure gentium, aut Ciuili: Illo quidem per 14. cauſas, vtpote per occupationem tam animalium, quàm rerum, per captiuitatem, per inuentionem, per natiuitatem, per alluuionem, per ſpecificationem, per acceſſionem vel texturæ, vel ſcripturæ, per confuſionem, per commixtionem, per adiectionem, per plantationem, per ſationem, per culturam, & per traditionem. Iure autem Ciuili habentur dominia rerum aut ſinguiarium tribus potiſſimum modis: Vſucapione, præſcriptione, & donatione duplici: aut vniuerſalium per arrogationem, per adiectionem, aut ſucceſſionem vel ex teſtamento aut non ſcripto, aut ſcripto, & hoc eſt modò ſolenne, modò non ſolenne; vel ab inteſtato. Poſtremo idem ius circa actiones conſiſtit, quarum mater eſt obligatio, quæ eſt triplex. Vna naturalis, & hæc oritur aut æquitate, & conſenſu,

aut

aut contrario ſenſu diſſoluitur. Altera eſt Ciuilis ſimul, quæ diuiditur modo in obligationem Ciuilem, & prætoriam, modo in eam, quæ deſcendit ex contractu, ex quaſi contractu, ex maleficio per furtum, per rapinam, per damnum & iniuriam, & quaſi maleficio. Contractu autem obligatio contrahitur nunc rei interuentu, veluti in mutuo, in debito, in commodato, in depoſito, in pignoribus: tunc literis, vt eſt Chirographum: Nunc verbis interrogantis & reſpondentis, vt eſt ſtipulatio vel iudicialis, vel prætoria, vel conuentionalis communis. Eadem verò aliàs ſuper rebus, aliàs per homines ſiue liberos, ſiue ſeruos interponitur, nunc conſenſu, vtpote in emptione, locatione, ſocietate, & mandato. Cæterum ex his tanquam ex fonte ſex actionum diuiſiones manant, quarum prima eſt aut in perſonam, aut in rem vel corporalem, vel incorporalem. Proxima eſt aut Ciuilis actio ex lege, Senatus Conſulto, plebiscito, principum placitis, & prudentum reſponſis nata: aut prætoria, quæ ab edicto vel Magiſtratus, vel prætorum deſcendit, atque trium formarum continet interdicta iuxta cũ edictis: Inter quæ ſunt Publiana, Seruiana, reſciſſoria, Pauliana nimirum actiones non præiudiciales. Tertia actio eſt aut perſecutoria, aut mixta, ſicut quarta, datur in ſimplum, in duplum, in triplum, in quadruplum. Quinta verò eſt bona fidei, & habet 17 formas, vt infra, aut ſtricti iuris. Vltima eſt perſecutoria, & in quantum quis facere poteſt. Poſtremò hoc loci eſt iudicium, quod eſt actus trium perſonarum. Prima actoris in iudicio aut publico, aut priuato, vel criminali ex delicto. Vel Ciuili nomine ſiue proprio, ſiue procuratorio. Secunda eſt rei, propter quem exceptiones

nes inuentæ ſunt vel perpetuæ, vel temporariæ. Vltima eſt iudicis in cauſarum aut ordinariarum, aut ſummariarum diiudicatione non in alium finem, quàm vt tria Iuris præcepta, quæ ſunt honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere, impleantur, quod iuſtitiæ & commutatiuæ, & diſtributiuæ officium genuinum eſt, & totius Iuriſprudentiæ Scopus. Habes hic Lector beneuole Synopſin laconicè delineatam, & in hac editione altera à mendis repurgatam, quam vt æqui bonique conſulas, etiam atque etiam obteſtor. Actum Monaſterij VVeſtphaliæ Metropoli.

FINIS.

A

ACCESSORIVM SEQVITVR naturam ſui principalis.

SI non conſiſtunt, quæ ſunt primordia capti,
Nec quod ſubſequitur robur habere poteſt:

L. nihil dolo § cùm principalis cauſa, ff. de R. I. l. cùm principalis ff. eo. c. acceſſor. de R. I. in 6. l. 2. ff. de pecul. legat. l. eos. C. de Vſur. quando ſcilicet acceſſorium à principali ſua vi, & qualitate dependet. l. 3. ff. de iur. dot. l. 3. C. de luit. pig.

Actio Iniuriarum.

Omnis ad extremum volat anno iniuria finem,
Quo ſemel exacto nil agitare licet. (a)

(a) anno continuo. l. 5. C. de iniur. & to. tit. ff. eo. l. vn. C. de famo. lib. Ord. Imp. Car. V. c. 110. Cæpol. conſ. 70. n. 23. Hæc actio non tranſit ad hæredes defuncti, niſi lis ſit conteſtata, l. 3. ff. de iniur. Inſt. eo. Dicitur autem Iniuria, quod non iure fit. Omne enim quod non iure fit, generaliter Iniuria dicitur; Specialiter autem Iniuria dicitur Contumelia, & hæc re, Verbis, Scripto, geſtoue infertur. Iniuriâ illatâ Ciuiliter, vel Criminaliter agitur, vt in cæteris delictis: Ciuiliter ad æſtimationem iniuriæ, vt ſcilicet Iudex tanti reum condemnet, quanti iniuriam paſſus æſtimauerit, vel minoris, prout Iudici viſum fuerit: Criminaliter ad pœnam extraordinariam officio Iudicis Reo irrogandam. Hæc de iure Ciuili. Iure Can. qui violentas manus in Clericum, vel

 reli-

religioſum iniecerit , ipſo facto Excommunicationi ſubditur, c. ſiquis ſuadente, 17. q. 4. c. 5. ex. de ſent. excō.

Actiones Ædilitiæ, prætoriæ, & Ciuiles.

Acto ædilitio medij, (a) *prætoris at anni,* (b)
Triginta reliquis tempus ineſſe ſolet. (c)

(a) l. Sciendum. § fi. l. cum 6. menſes, ff. de ædil. edic niſi aliud ſit actum, l. quod ſi, l. ſiquid. ff. eo. (b) l. in honorem, ff. de act. l. fi. ff. de pop. act. (c) l. ſicut, l. omnis, l. ſiquis. C. de præſcrip. 30. ann. §. 1. Inſt. de perpet. & temp. act.

Actio Doli.

Non infra binos ſolidos datur actio famæ,
Sed facti, intra annos quæ eſt agitanda duos.

L. fi. C. de dol. mal. l. itaque, ff. eo. Salicet. in l. fi. C. de præſcrip. 30. an. Fama enim bona, vt inquit Bald. in l. 2. C. de Confeſſ. eſt theſaurus inæſtimabilis, & ſicut lilium ſpirans odorem ſuauitatis.

Actio Pauliana.

In fraudem ſi ſit rerum diſtractio facta,
Actio Paulinis Creditor has reuocat.

L. 1 l. ait prætor , ff. quæ in fraud. cred. l. 7. ff. ſiquid in fraud. Patro. § item ſiquis. Inſt. de act.

Actio quod metus.

Actio quod metus in quadrupl'ū cū ſimplice fertur. (a
Abſq; tamen ſimplo publica furta grauant. (b)

(a) in-

(a) intra annum vtilem,l.item,§.labeo,& §. quadruplatur,l.ſi mulier,ff.quod met. Cau.Poſt annum in ſimplum,quia rei perſecutoria eſt. (b)to.tit.ff.& C.de fur. Hinc metus in conſtantem virum cadens vitiat contractum,l.meum.ff.quod met.cau.l.præſes.C.de appel. c.ad eius.diſt.5. Fallit,quando metus eſt vanus, & improbabilis,ſeu culpâ quis incidat in illum, vel ipſo iure, ſed ope exceptionis reſciudatur. l. ſi mulier. l. Vani timoris non iuſta excuſatio eſt.ff de R.I. c.1.de excep.

Actio de effuſis & eiectis.

Deieci duplum,(a)*nocui,arbitraria pœna eſt,*(b)
Sed quinquaginta,ſi perit,inde dabo:(c)
Hæc anno durat,(d)*reliqua plus,cum popularis,*
Suggrunda in factum eſt pœna decem ſolidûm.(e)

(a) l.1.§.6.ff.de his,qui deiec.(b) ſi nocui homini.d.l. 1.§.hæc autem. Quia in alijs rebus duplum eſt.d.§.6.(c) d.l.1.verſ.ſed cum liber homo. (d)l.lege.§ vlt.ff.ad Sc. Syllan.l.ſi ff.de pop.act.(e)l.ſi verò.§.prætor ait.ff.de his,qui deiec.Suggrunda.vulgò Vertag.

2

Deieciſſe iubens mandansque,probanſque videtur:
Nam lex mandantem,qui probat acta,putat.

l.194.§ deijcit & qui mandat.ff.de R.I.l.1.§ deieciſſe. ff.de vi,& vi arm.Nam quod quis per aliũ facit,ipſe facere videtur.c.quod quis,de R.I.in 6.l.1.ff,quod iuſſu. l.1.ff.de iniur.

Actio Publiciana.

Sin à non Domino iuſto titulo mihi res ſit
Empta,ſed euicta eſt,publiciana datur.

Digitized by Google

49.

Eſt in c. 6. ex. de raptor. Vbi mulier matrimonij cauſa abducta non dicitur rapi, ſecus de iure Ciuili, quo & in ſponſam raptus admittitur, & punitur. l. vn. C. de rapt. Virg. Item matrimonium inter raptum, & raptam conſiſtere poteſt. d. c. 6. iuxta tamen temperamentum Concilij Trident. At de iure Ciuili ſecus. d. l. vn. & nouell. de rapt. mulier.

50.

Eſt in ti. ex. de vſur. quo prohibentur vſuræ: At iure Ciuili permittuntur. ff. & C. de vſur.

51.

Eſt in c. 1. 2. 8. 16. ex. eo. Vbi fructus ex re pignorata perceptos cogitur creditor imputare in ſortem. Aliter de iure Ciuili per pactum Antichryſeos. l. 33. ff. de pignorat. act.

52.

Eſt in c. 2. ex. de maledicis. Vbi in blaſphemum ſolemnis pœnitentia, & pœna pecuniaria conſtituitur. De iure verò Ciuili, ſi in Deum blaſphemia commiſſa eſt, vlt. ſupplicium datur, Nou. vt non luxurientur homin.

53.

Eſt in c. quiſquis. §. 17. q. 4. Vbi ſacrilegium committitur, non tantum vbi res, ſacra è loco ſacro, ſed tantum ſi res ſacra è loco non ſacro, vel non ſacra è loco ſacro aufertur: Secus de Iure Ciuili, quo in re non ſacra quamuis è loco ſacro ſacrilegium non admittitur, ſed furtum. l. diuus. 5. ff. ad l. iul. pecul.

54.

Eſt in c. 10. ex. de iud. Vbi in Clericos delinquentes

quentes regulariter depoſitio ſtatuitur: Aliter in Laicos nocentes. ff. & C. de pœn. Cætera huc facile reuocari poſſunt. De quib. Vide Caniſium, in 4. lib. inſt. Felin. Panorm. & paſſim.

RESOLVTIO METHODICA totius Synopſeos ad Lectorem.

CVm præpoſterus ſit ordo priùs humana petere ſubſidia, vt illis deficientibus diuini fauoris gratia poſtuletur, de conſecrat. diſt. 1. c. omnis Chriſtianus in fine, imo vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. 61. diſt. c. miramur. 1. q. 1. principatus, & c. cum Paulus. Ideo diuino priùs implorato, præſidio, cùm Iuris vtriuſque ſcientia tam legum, quàm Canonum pretioſiſſima, non adminiculatiua ceu 7. artes liberales, velut Gram. Rhet. Log. Arith. Geom. Aſtron. Muſ. ſed principalis, & ſacratiſſima, imo diuinitùs inſpirata ſit, maxime competens Principibus, Comitibus, Baronibus, cæteriſque Nobilibus, Clericis, atque Generoſis Perſonis iuriſdictionum, & iurium ipſorum manutentionem habentibus hanc Iuris analyſin pro formanda methodo ad beneuolum Lectorem ſtatui deſtinare, ne quem iuris ignorantiâ, Ius enim quilibet ſcire tenetur, & neminem licet ipſum ignorare l. regula. ff. de iur. & fac. ignor in contemptum Dei incidere contingat: nam contemptores Canonum, & legum peccant in Spiritum S. cuius inſtinctu, nutu, & gratia editi ſunt.

25.q.1. Violatores,& c.nulli fas,Pro quo ſciendum eſt,quod licet ius nomen generale ſit, & lex ſpecies Iuris ; ſpecialiter tamen ius dicitur Præceptum,ſeu ordinatio principantis,& ſic ius triplex diſtinguitur, quia talis ſuperior principans aut eſt Deus,& dicitur ius diuinum:aut natura, & dicitur ius naturale primæuum;Aut eſt homo , & dicitur ius humanum,ſc.gentium,vel Ciuile,ſeu poſitiuum:& ſubdiuiditur in Canonicum (quod in decreto Gratiani, in quo SS. Patrum dicta deſcripta ſunt, cuius tres partes 1. diſtinctiones 101. 2. Cauſæ 36. De Conſecratione : In quinque libris Decretalium Gregorij Noni : In ſexto Decretalium,qui habet quinque libros Bonifacij Octaui, & Clementinis conſtitutionibus Clementis Quinti, quem Ioannes 22. in Concilio Viennenſi Anno Domini 1310.compleuit, & edidit. conſiſtit)& Ciuile conſiſtens in Digeſto,Codice, Inſtitutis,& Authentico,cui nouem collationes, quibus additur liber feudorum , quæ decima Collatio dicitur. Sed differunt Decretum , Canon , & Decretalis Epiſtola,diſt.3.§.porro. Vbi dicit Gratianus Frater Lombardi Magiſtri ſententiarum, quod Canonum alij ſint decreta Pontificum, alij ſtatuta Conciliorum : Nam Canon propriè dicitur ſtatutum in Concilio generali, vel Prouinciali factum authoritate Epiſcoporum. & de conſecrat.c.1. Decretum verò eſt ſtatutum , quod Papa de conſilo Cardinalium, ad nullius tamen conſultationem ſtatuit, & in ſcriptis redegit. de reſcrip.c. præſenti. Sed decretalis Epiſtola dicitur, quam Papa ſolus vel de conſilio Cardinalium ad conſultationem alicuius reſcribit, & reſpondet. de reſcrip.c.1. Indifferenter tamen Decreta, Canones, & Decretales Ius Canonicum nuncupantur.

tur. Porro ius ſcriptum ab Athenienſibus ortum habet: nam Roma totius terrarum orbis Princeps vſa eſt initio Monarchia, hoc eſt, vnius Regis dominatione abſque ſcriptis legibus; exactis deinde Regibus experti ſunt Romani Ariſtocratiam, ſeu optimatium dominationem, & mixtim Democratiam, quæ eſt multitudinis Imperium, quæ tamen mox priuatis commodis corrupta fuit ad Oliarchiam: Creati enim ſunt duo Conſules annui ex Patribus. mox plebs tumultuans ſuos magiſtratus adiecit, & hic ſtatus durauit ad Iulium Cæſarem vſque, annis ferè 464. Interim cum publica pax & concordia ſine ſcriptis legibus retineri non poſſet, non multo tempore poſt Tarquinium Superbum ſeptimum, & vltimum à Romulo Regem regno eiectum ob violatam à filio ſexti Tarquinij Lucretiæ pudicitiam adiectæ ſunt ex Græcia leges 12. tabularum. Cum iam imperio ſingulari Caij Iulij Cæſaris primi, 46. annis ante aduentum Domini, quem ſecutus Cæſar Octauianus Auguſtus, qui regnauit 55. annos putà 6. poſt natum Chriſtum, & 39. ante Chriſtum Reſpublica Rom. ad Monarchiam rediiſſet, Iuſtinianus Cæſar 79. Anno Chriſti 529. omnia Romanorum ſcripta, ac leges paulatim mirum in modum multiplicatas per Trebonianum in vnum conſarcinauit opus, quod digeſta, ſeu ius ſcriptum dicitur; cuius tria ſunt obiecta, verſatur enim nunc circa perſonas, nunc circa res nunc circa actiones. Perſonæ verò, ſeu homines ſunt aut liberi, aut ſerui, & ſunt illi aut ingenui, aut libertini triplici differentia, ſunt enim vel Ciues Romani, vel Latini, vel Dedititi: Ita ſerui aut naſcuntur, aut fiunt. Deinde omnes homines dicuntur iuris eſſe aut ſui, primò in tutela, vel teſtamentaria,

vel legitima, vel datiua, deinde in curatione, poſtremo neutro iure tenentur: aut iuris alieni ſunt, vt ſerui, aut liberi, illis quidem eſt dominica poteſtas tam in res, quàm in vitam, ſed hoc iure nouo ſublatum eſt. His verò eſt patria, quæ modo conſtituitur, modo impeditur, modo finitur. Poſtea & rerum, circa quas ius Ciuile verſatur, tres potiſſimum ſubijciantur diuiſiones, quarum prima eſt in rebus, vel in patrimonio, vel extra patrimonium. Altera eſt, quod ſunt communes, quia iure naturali omnia ſunt communia, id eſt, communicanda tempore neceſſitatis, iuxta illud,

Quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non tibi, noli:
Sic potes in terris viuere iure poli:

Aut publicæ, aut Vniuerſitatis, aut nullius in bonis, aut ſingulorum hominum: Rerum enim dominia duplici via acquiruntur, aut iure gentium, aut Ciuili: Illo quidem per 14. cauſas, vtpote per occupationem tam animalium, quàm rerum, per captiuitatem, per inuentionem, per natiuitatem, per alluuionem, per ſpecificationem, per acceſſionem vel texturæ, vel ſcripturæ, per confuſionem, per commixtionem, per adiectionem, per plantationem, per ſationem, per culturam, & per traditionem. Iure autem Ciuili habentur dominia rerum aut ſingularium tribus potiſſimum modis: Vſucapione, præſcriptione, & donatione duplici: aut vniuerſalium per arrogationem, per adiectionem, aut ſucceſſionem vel ex teſtamento aut non ſcripto, aut ſcripto, & hoc eſt modò ſolenne, modò non ſolenne; vel ab inteſtato. Poſtremo idem ius circa actiones conſiſtit, quarum mater eſt obligatio, quæ eſt triplex. Vna naturalis, & hæc oritur aut æquitate, & conſenſu,

aut

aut contrario ſenſu diſſoluitur. Altera eſt Ciuilis ſimul, quæ diuiditur modo in obligationem Ciuilem, & prætoriam, modo in eam, quæ deſcendit ex contractu, ex quaſi contractu, ex maleficio per furtum, per rapinam, per damnum & iniuriam, & quaſi maleficio. Contractu autem obligatio contrahitur nunc rei interuentu, veluti in mutuo, in debito, in commodato, in depoſito, in pignoribus: tunc literis, vt eſt Chirographum: Nunc verbis interrogantis & reſpondentis, vt eſt ſtipulatio vel iudicialis, vel prætoria, vel conuentionalis communis. Eadem verò aliàs ſuper rebus, aliàs per homines ſiue liberos, ſiue ſeruos interponitur, nunc conſenſu, vtpote in emptione, locatione, ſocietate, & mandato. Cæterum ex his tanquam ex fonte ſex actionum diuiſiones manant, quarum prima eſt aut in perſonam, aut in rem vel corporalem, vel incorporalem. Proxima eſt aut Ciuilis actio ex lege, Senatus Conſulto, plebiſcito, principum placitis, & prudentum reſponſis nata: aut prætoria, quæ ab edicto vel Magiſtratus, vel prætorum deſcendit, atque trium formarum continet interdicta iuxta cũ edictis: Inter quæ ſunt Publiana, Seruiana, reſciſſoria, Pauliana nimirum actiones non præiudiciales. Tertia actio eſt aut perſecutoria, aut mixta, ſicut quarta, datur in ſimplum, in duplum, in triplum, in quadruplum. Quinta verò eſt bona fidei, & habet 17 formas, vt infra, aut ſtricti iuris. Vltima eſt perſecutoria, & in quantum quis facere poteſt. Poſtremò hoc loci eſt iudicium, quod eſt actus trium perſonarum. Prima actoris in iudicio aut publico, aut priuato, vel criminali ex delicto. Vel Ciuili nomine ſiue proprio, ſiue procuratorio. Secunda eſt rei, propter quem exceptio-

nes

nes inuentæ ſunt vel perpetuæ, vel temporariæ. Vltima eſt iudicis in cauſarum aut ordinariarum, aut ſummariarum diiudicatione non in alium finem, quàm vt tria Iuris præcepta, quæ ſunt honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere, impleantur, quod iuſtitiæ & commutatiuæ, & diſtributiuæ officium genuinum eſt, & totius Iuriſprudentiæ Scopus. Habes hic Lector beneuole Synopſin laconicè delineatam, & in hac editione altera à mendis repurgatam, quam vt æqui bonique conſulas, etiam atque etiam obteſtor. Actum Monaſterij VVeſtphaliæ Metropoli.

FINIS.

A

ACCESSORIVM SEQVITVR naturam ſui principalis.

SI non conſiſtunt, quæ ſunt primordia capti,
Nec quod ſubſequitur robur habere poteſt:

L. nihil dolo. § cùm principalis cauſa, ff. de R. I. l. cùm principalis ff. eo. c. acceſſor. de R. I. in 6. l. 2. ff. de pecul. legat. l. eos. C. de Vſur. quando ſcilicet acceſſorium à principali ſua vi, & qualitate dependet. l. 3. ff. de iur. dot. l. 3. C. de luit. pig.

Actio Iniuriarum.

Omnis ad extremum volat anno iniuria finem,
Quo ſemel exacto nil agitare licet. (a)

(a) anno continuo. l. 5. C. de iniur. & to. tit. ff. eo. l. vn. C. de famo. lib. Ord. Imp. Car. V. c. 110. Cæpol. conſ. 70. n. 23. Hæc actio non tranſit ad hæredes defuncti, niſi lis ſit conteſtata, l. 3. ff. de iniur. Inſt. eo. Dicitur autem Iniuria, quod non iure fit. Omne enim quod non iure fit, generaliter Iniuria dicitur; Specialiter autem Iniuria dicitur Contumelia, & hæc re, Verbis, ſcripto, geſtoue infertur. Iniuriâ illatâ Ciuiliter, vel Criminaliter agitur, vt in cæteris delictis: Ciuiliter ad æſtimationem iniuriæ, vt ſcilicet Iudex tanti reum condemnet, quanti iniuriam paſſus æſtimauerit, vel minoris, prout Iudici viſum fuerit: Criminaliter ad pœnam extraordinariam officio Iudicis Reo irrogandam. Hæc de iure Ciuili. Iure Can. qui violentas manus in Clericum, vel reli-

(a) intra annum vtilem,l.item,§.labeo,& §. quadruplatur,l.ſi mulier,ff.quod met.Cau.Poſt annum in ſimplum,quia rei perſecutoria eſt. (b)to.tit.ff.& C.de fur. Hinc metus in conſtantem virum cadens vitiat contractum,l.meum.ff.quod met.cau.l.præſes.C.de appel. c.ad eius.diſt.5. Fallit,quando metus eſt vanus, & improbabilis,ſeu culpâ quis incidat in illum, vel ipſo iure, ſed ope exceptionis reſciudatur. l. ſi mulier. l. Vani timoris non iuſta excuſatio eſt.ff de R.I.c.1.de excep.

Actio de effuſis & eiectis.

Deieci duplum,(a)*nocui.arbitraria pœna eſt,*(b)
Sed quinquaginta,ſi perit,inde dabo:(c)
Hæc anno durat,(d)*reliqua plus,cum popularis,*
Suggrunda in factum eſt pœna decem ſolidûm.(e)

(a) l.1.§.6.ff.de his,qui deiec.(b)ſi nocui homini.d.l.1.§.hæc autem. Quia in alijs rebus duplum eſt.d.§.6.(c) d.l.1.verſ.ſed cum liber homo. (d)l.lege.§.vlt.ff.ad Sc. Syllan.l.ſi ff.de pop.act.(e)l.ſi verò.§.prætor ait.ff.de his,qui deiec.Suggrunda.vulgò Vertag.

2

Deieciſſe iubens mandansque,probanſque videtur:
Nam lex mandantem,qui probat acta,putat.

l.194.§ deijcit & qui mandat.ff.de R.I.l.1 § deieciſſe. ff.de vi,& vi arm.Nam quod quis per aliū facit,ipſe facere videtur.c.quod quis,de R.I.in 6.l.1.ff,quod iuſſu. l.1.ff.de iniur.

Actio Publiciana.

Sin à non Domino iuſto titulo mihi res ſit
Empta,ſed euicta eſt,publiciana datur.

Digitized by Google

de pac. (b) l.1.ff.de bon.cor. qui an.ſent. Magiſtratus tamen vindictam criminis expetere poteſt.l. iuriſgentium.ff.de pac. De iniurijs etiam, & furtis paciſci licet. l.ſi vnus.ff.eo.quia hæc crimina non publica, ſed priuata ſunt. (c) l.1.l.ipſe.C.de falſ.l.1.ff.eo.

Actio Communi diuidundo.

Actio communi nullo præſcribitur æuo,(a)
Cum ſociis quoq; res diuide quando voles,(b)

(a) l.pen.C.com.diuid.ff.eo.per tot.Schurff.conſ.37. n.15. Bald. de præſcrip.par. 4 q.18. Nec petitio hæreditatis. (b) Nec fam.erciſcund.l. 4.C. in quib.cau. ceſſ.præſcrip.long temp. Cum partes non corcordant in diuidend.reb.hæreditariis,tunc diuiſio debet fieri per Iudicem.Bart.ib.In diuiſione autem Fratrum electio eſt minoris. Hæreditate à patre diuiſa hæres non tenetur de Euictione.l. cum pater.ff.de lega.2.Licet alias in diuiſione hæreditatis hæredes teneantur de Euictione,niſi aliter actum ſit.

Actiones Infamantes 8.

Iudice damnatos infames reddit vbique,
Quid vidiripies,infamia,furta,dolique,
Actio Mandati,tutelæ,depoſitique
Directo ſi pro ſocio,communis vtrique.

L.probrum ff.de Verb.ſig.l.4.§.fi.l.furti.ff.de his,qui not.infam.l. Decuriones.C.eo.l.1 ff.de dol.mal.l. qui adulterium.ff.ad l.iul.de adul.Vid.VVeſemb.De his,qui not.infa.n.5.in paratit.

Actiones 30.annis præſcribuntur.

Annis triginta præſcribitur actio cuncta (a).
Vel quadraginta,ſi piæ cauſa foret:(b)

fuit.d.l.qui ſeruum. Subductis tamen illis, quæ actione commodati conſecutus eſt. l.Vnde quæritur.ff commod. Verùm ſi prius lege Aquilia actum fuerit, deinde commodati agere velit, non audietur.d.l.qui ſeruum.§.fin.ff.de oblig.

Actor ſequitur forum rei.

Lis niſi de ſtabili ſit re, (a) *ſolet actor adire*
Aduerſa partis Iudicium, atque forum (b)

(a) c.ſane.de for.comp.l.ſi.C.Vbi in rem act.l.ſi prædium.C.de præſcrip.long.temp.Gail.1.obſ.37.num.4. Proceditque in actione perſonali, ſecus in reali, quia attenditur locus, vbi res ſita eſt.d.c ſane. (b) l.2.C.de iuriſd.om.iud.l.quod legatur ff.de iud. Si quis pluribus locis forum ſortiatur, in electione eſt Actoris, vbi agere velit.l.hæres.ff.de iud.l.3.ff.de eo, quod cer.loc.

Actor, & Reus.

Durius in dubijs rigidus tractabitur Actor,
Quam miſer inuitus tractus ad arma Reus.

L.fauorabiliores ſunt rei, quàm actores.ff.de R.I.l.nõ debet.ff eo.l.inter pares.ff.de re iud.c.cum paria.de R.I.in 6.

Actus legitimi non recipiunt Conditionem, neque diem.

Quicqu id ſimpliciter fieri vult lex, id apertè
Protelando dies conditione necat.

L.77.ff.de R.I.c.actus.in 6.eo.Intellige actus in d.c. relatos: Sunt enim nonnulli actus legitimi, qui recipiunt conditionem, vel diem veluti eſt Vadimonium, Comprendinatio Obuagulatio denunciandi Teſtimonij cauſa (hoc eſt, ad domum clamor magna voce factus, quo teſtes euocantur per triduum, Singulis diebus ter,

Cuiac.7 obſ.c.15.)& procuratoris datio. Nec mouet, quod tacitè recipiant, quia expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.l.105 ff.de R.I.

Actus Humanus.

Si non fiunt, quæ fierent, contraria quis non
Illis, quæ fierent, facta fuiſſe putat?
At ſi fit, quod non fieret, quis crederet illud
Factum quod voluit iuſſus, & imperium?

L.qui non facit, quod facere debet.163.ff de R.I. Vbi Sturcius eleganter, quem vide.

Accuſator.

Accuſando ſolet præſtari cautio damni.
Quod velit accuſans fine manere Reum.

L 3.ff.de accuſ & inſcrip.& C de his, qui accu. non poſſ. Damhoud.prax rer crim.c.5. Peinlich Halsgerichts Ordnung. art. 21. Accuſari autem non poſſunt legati, præſides, Magiſtratus, quiq; honore publico funguntur: Tunc enim accuſatio in finem honoris differri debet, præſtita tamen cautione Iudicio ſiſti. l.pen. C.de his, qui accuſ. Fideiuſſor verò Iudicio ſiſti nō eſt idoneus, niſi priuilegio fori renunciauerit.

Accuſare nequeunt.

Infamis, (a) *Mulier,* (b) *ſeruus,* (c) *cū prole parētes,* (d)
Pauper, (e) *& Impubes,* (f) *affines,* (g) *atq; pupilli* (h)

(a) l.qui accuſare.8.ff.de accuſat. (b) d.l.8.(c)l.vix certis ff.de iud.l 13.C.de his,qui accuſ.poſ.(d)d.l.8.(e) qui, minus quàm 50 aur.in bonis habet l.nonnulli ff.de accuſ.(f) quamuis 25.annis minores accuſare poſſe verius ſit.l.clarum.C.de auth.præſt.l.ſi maritus.ff.ad l.iul. de adul. (g) l.ſi magnum l. propter.l.ſi ſororem.C de his,qui accuſ. Hinc propter coniunctionem ſanguinis

Fra-

Frater fratrem accuſare nequit.d.l.ſi.magnum.. ſc. n
criminibus capitalib. ſecus in leuiorib. vel niſi ſuam,
ſuorumque iniuriam proſequitur:TuncFrater admitti-
tur.ſicut etiam Mater , & ſoror.d.l.propter. & d.l.ſi.ſ.
ſororem Sic etiā Clericus,qui ad vindictā publicā accu-
ſare non debet,et ā in Crimine leui.c.ſicut Sacerdotes.
2.q.7.poteſt tamen,ſi ſuam proſequitur iniuriam eti-
amſi veniat imponenda pœna Sanguinis,dum tamen di-
cat,& proteſtetur,quod non intendat accuſare,vt pœna
talis imponatur,quia ſi non proteſtaretur,fieret irregu-
laris ſi pœna Sanguinis imponeretur.c prælatis.de ho-
mic in 6. Ang.in ſum.Verbo accuſatio.n.3 & 4.(h)d.l.
8.c.ſuper 16.ex.eo. Qui duos reos delatos habet nō ad-
mittitur ad tertiū accuſandū.l.16 C.de hi ,qui ac. Ac-
cuſatus quoque non poteſt alium accuſare pendente il-
la accuſatione.l.neganda.C.eo.procedit depari , vel mi-
nori Crimine:Secus eſt,ſi de maiori accuſet.d.l.negan-
da. Vel niſi ſuam,aut ſuorum iniuriam proſequatur, Ni-
ſiue per modum exceptionis obijciat accuſanti crimen.
l.1.§.ſi publico.& ibi gloſſ.ff.ad l.iul.de adul.Sanè in a-
trocioribus delictis quilibet ad accuſandū admittitur.
Agn.d.loc.& l.pē. C.qui ac:uſ. Quid ſit accuſatio , &
quot modis inſtituatur.Vid.Caniſ.

Adoptio.

Arrogo,qui ſuus eſt,(a)*fuerit ſi alienus adopto,*(b)
Hocque Magiſtratu,(c)*id principis imperio.*(d)

(a)l.in adoptionib.ff.de adop.(b)l.42.ff eo.(c)l.2.3.
ff.eo. Alex.conſ.126.n.11 .vol.4.(d) d.l.2.§.Imperatoris
auctoritate.Inſt.de adop.Arrogatio vulgò, Anwünſchung
der kinder/oder perſohnen/ſo eignes gewalts ſein.

Adoptare nequeunt.

Foemina,(a)*Caſtratus,*(b)*nec ſit quoq; maior adoptãs*
Sexaginta annis,(c)*nec minor octodecim* (d)

(a) §. fœminæ. Inſt. de adop. l. ſi ſuſcepta. ff. de inoff. teſt. (b) l. 2. ff. de adop. (c) l. ſi pater. ff. eo. l. 1. ff. ſolut. matrim. (d) l. arrogato. ff. de adop.

Adulterij, & Stupri pœna.

Vt leno gladio, (a) ſic enſe feritur adulter, (b)
Olim namque eadem pœna luenda fuit. (c)

(a) §. præconizamus. in Nou. 14. de Lenon Damhoud. in prac. Crim. c. de lenon. Reliqui arbitrariè & extraord. puniantur. l. 1. ff. de extraord. Crim Bar. in auth. de lenon. Ord. Imp. 133. (b) c. gaudemus. 19. ex. de Conuerſ. Coniug. l. 2. l. qui domum ff. ad l. iul. de adul. l. 2. l. Caſtitati. C. eo. l. nec timorem. ff. quod met. cauſ. Procedit, ſi criminaliter actum eſt. At vbi Ciuiliter, hoc eſt, ad ſeparationem thori actum eſt, ſeparatione facta, Dos, & donatio propter nup. parti innocenti applicatur, quamuis hoc iudicium non planè ciuile ſit, ſed mixtum; id eſt Criminaliter, & Ciuiliter exerceatur. c. 5. ex. de proc. Vbi tamen vterque coniunx, adulterium, ſiue fornicationẽ admiſit, agi non poteſt ad ſeparationem thori ſed mutua Compẽſatione delicta tolluntur, Idem eſt, Vbi alter alteri adulterij auctor fuit, aut factum probauit. Atque hæc in laicis ſtatuta ſunt. Clerici verò propter adulterium admiſſum à ſe deponuntur à Iudice Eccleſiaſtico, niſi peracta pœnitentia cum ijs diſpenſet Epiſcopus. c. 10. ex. de iud. Etſi in hac parte pares ſint maritus, & Vxor, vt propter alterius, adulteriũ, ſiue fornicationẽ alter agere poſſit ad ſeparationẽ thori, tamẽ in hoc diſtant quoad lucrũ dotis, & donationis propter nupt. quod vxor ob ſolũ adulterium dotem amittat, Maritus verò non ante, quã ſi frequenter cum alia muliere egerit, & bis monitus non reſipuerit. Nou. 117. Si tamen viles ſunt, vt meretrices, pœna ſtupri remitti debet. l. ſi ea. l. quæ adulterium. C. ad l. Iul. de adul. Siquis autem in domo ſua pa-

tiatur

tiatur lenonem ,nec expulerit,ſciat ſe 10.librarum auri ſuſtinere pœnam.d §.præconizamus. Cum alias puerũ, puellamue de ſtupro interpellans perfecto flagitio capite puniaris,imperfecto,in Inſulam deporteris.d.l.1 §.fi. ff.de extr.crim. (c) Sc.relegatio , ſeu Deportatio.l auxilium.ff.de min.l.mariti.ff.ad l.iul. de adul.

Adultera.

Clauſtrum intrare poteſt, lectum ſi fœdit et vxor
Vir, (a) tamen vxorem iure tenere poteſt. (b)

(a) l.ſi vxor §.fi.l.capite.l.mariti ff ad l.iul.de adul. Quia à iure ſoluendi debitum Coniugale vxori adulteræ ſolutus eſt.c.15.ex.de conuerſ.coniug. (b) l.2.l.mariti. ff.eo. Adulterium autem eſt alieni thori violatio , & propriè in nuptam committitur,de iure Ciuili.l.6.ff.ad l.iul.de adul. Ex ſententia SS. Can. etiam in ſolutã mulierem, cum hoc iure eadem in marito , quæ in vxore caſtimonia requiratur. Caniſ.

Adulteræ pœna.

Caſa datur clauſtro, mulier ſi fœdera frangat, (a)
Hanc valet intra annos vir reuocare duos. (b)
Hanc virgis caſam ſemper quoque Saxo relegat,
Vt denuò poſſit ſic vir adire iugum. (c)

(a) l.30.auth ſed hodie.C ad l iul.de adul.Nou.Vt nulli iud.Idẽ receptũ videtur à iure Can.in.c.gaudemus.19 ex.de Conuerſ.Coniug Et dotem amittit.marito aſſignandã.l.cõſenſu.8.l.fi.C.de repud.§.quia vero.Nou.117. & in Nou.134.§.antepen.Vt nulli iud.Boer.deciſ.297. reſeruato liberis iure proprietatis in quota parte.d.l.8. Idem in Paraphern ſeruari volunt Iaſ. in l.fideicommiſſum.C.de fideicom.Roman. ſingul.315.Alex Conſ. 111.vol.2.Felin.in c.paſtoralis.n.5.de iud. Boer. deciſ. 338.rectiuſq; volunt, præter tertiã.d.§.quia.vero Nou. 117.

Digitized by Google

117 aut. quartam l fi. C. de repud marito decidendam: Fructus horum alimentis damnatæ mulieris. Gloſſ. in d. l. 8. proprietatem verò liberis. d, Nou. 117. aut proximis hæredibus. §. Siquando. in d. Nou. 134. aut Monaſterio, cui incluſa eſt, deſtinari. Idem eſt de marito damnato in donatione propter nup. iudicium. aut ſi Donatio nulla facta eſt, neque pacta dotalia. (vulgò Gedinge der Heu rathe güter:) interceſſerunt, Mulieri quarta pars ſubſtantiæ mariti æque, atque illo mortuo, Auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. defertur. d. §. ſi quando. & d §. quia verò. l. fi C. de raptu virg. ſeu Vid. Reliquis bonis ad liberos, ſeu proximos hæredes redeuntib. Marito tamen alimenta præſtanda ſunt. dd. §§. quia, & ſi quando. Canoniſtis tamen aliæ pœnæ placent. Vid. Hoſtien. de adul. n. 7. Rom ſing. 674. Boer. deciſ. 297. Sed & Ciuiliter aut iniur. aut ad ſeparationem thori agi poteſt. c. tuæ. de procur. (b) d. Auth. ſed hodie. Retinens enim vxorem, quam in adulterio inuenit, punitur vt leno. l 2. C. ad l. iul. de adul. Seruus autem, qui concubuit cum Domina, debet comburi, & Domina decapitari, & filij inde nati ſunt ſpurij, & inſucceſſibiles Matri, & eorum ſucceſſio defertur alijs legitimis ſucceſſoribus. l. vn. C. de mulier. quæ ſe prop. ſeru. iunx.

Adultera.

Filia per Patrem, ac impunè necatur adulter, (a)
Vir tamen vxorem non necat inde ſuam. (b)

(a) etiam in domo mariti in delicto inuentus, modo & ipſam filiam ſimul, vel in continenti occidat, eaque in ipſius poteſtate ſit, non ſui iuris. l. nihil. l. quod ait. ff. ad l. iul: de adul. Item & iure Nouell. licet marito occidere quemcunque Adulterum in ſuſpecto loco, Vel in domo ſua cum vxore colloquentem, dummodo priùs eum ter in ſcriptis monuerit. Nou. 117. Multo magis in adulterio receptum l. 24. ff. eo. Si vilis perſona ſit. l. marito. ff. eo. l. Gracchus. C. eo. Secus eſt de iure Can. ex. eo (b) d. l. Grac-

Digitized by Google

l.Grachus.ſi tamen ex iuſto dolore fecerit,mitius punitur.l.1.ff ad l.Cor.de ſic.l.4 C.ad l.iul.de adul.l ſi adulterium.C eo.Licet in Italia tam Viro,quam patri hæc licentia concedatur.VVeſ eo Imo maritus,vt dixi,per ſe,vel filios poteſt occidere adulterum vilem in adulterio deprehenſum.l.4.C.eo. De iure tamen Can id ei non permittitur & peccat mortaliter.c.inter hæc.33.q.2.& c.ſeq.Mulier tamen propter adulterium dotem amittit.c.plerumque.de don.int.vir.& vxo.niſi ei obijciat de lenocinij crimine, vel niſi eo tempore concubinam retineret vir. quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur.l.viro ff.ſolut. Matrim.

Adulterio concepti.

Natus adulterio, inceſtuque alimenta petendi
Ius habet: à ſpurijs participantur opes.

C.cum haberet.ex de eo,qui dux.in matrim. quam poll.VVeſemb.ad SC.Tertull.

Adulterium quinquennio præſcribitur.

Cum lenocinio, & ſtupro præſcribitur omne
Quinque annis tacitus crimen adulterij.

L.iure mariti.l.adulter,C.ad l.iul.de adul.l.mariti.§.hoc quinquennium.ff.eo.Sed ſi Maritus diuortium vltro faciat,tunc ei,& patri mulieris currunt à die Diuortij 60.dies vtiles (quibus pro tribunali ſedetur, hodie tamen vix ſunt in vſu.) l.2.3 4.30.ff.eo.idque iure mariti.l.iure mariti , l.quamuis.C.eo Poſt autem elapſos 60 dies admittuntur etiam extranei,ita vt accuſare vſitato inſcriptionis more cogantur.l.in cuius.idque intra 4 menſes vtiles.l.4.§.1.ff.eo.ita tamen , vt vtroque tẽpore & 60.dier.& 4.menſ coniuncto Mulier intra 6. men-

Digitized by Google

menſes à tempore diuortij accuſari poſſit.l.mariti §. ſex menſium.ff.eo.Vxor tamen Maritum de adulterio accuſare non poteſt.l.1.C.eo niſi per mod.obiect.Eod. quinquennij tempore Peculatus,& Sacrilegij Accuſatio concluditur.l.peculatus.ff.ad l.iul.pecul.Quamuis reliquæ actiones regulariter 20.annis viuant.l.12.C.ad l.Cor.de fals.Ob quod Magiſtratus, & Iudices Capite, dum publicam pecuniam eripiunt , ſiue den gemeinen Seckel rauben/reliqui aũt deportatiõe puniuntur.l.3.ff. eo.l.vn.C.de crim. pecul. § item 10.Inſt.de pub.ind. Lex aũt Iulia de Reſiduis in triplũ punit.l.4.ff.eo.quandoque in duplum.l.excellentia.C.de erogat.milit.annon.

Ædificium.

Ædificare licet fundo quodcunque placebit,
Ni prope vicinum facta cloaca foret.

Arg.l.1 §.14.ff.de Cloac.niſi vicino noceat.l.fluminum.ff.de dam.infec.Et domum ſuam vnicuique reficere licet inuito altero.l.domum.ff.de R.I.l.in re mandata.C.mandati.modo non officiat alteri ædificio.

2

Nemo domi faciat furnum, vel in Vrbe ſepulchrum,
Si tali facto damna venire queant.

Cæpoll.de ſeruit.Vrb.præd c.de fornace,& balneo,aut fœtore peſtilenti vicinum lædat.c.de Sterquilinio.n. 25.tex.eſt in l.2.ff.ne quid in loco pub.

3

Quam placet alta potes per fundũ extollere tecta, (a)
Sed prope facta nimis remoueri ſæpe videbis. (b)

(a) l.altiùs.C.de ſeruit.Vrb.præd.l.cuius.l.cum eo. ff.eo.(b)l.ſi ſeruitus.l.ſi arborem.ff.eo.Gail.2.obſ.69.

Digitized by Google

4

Si domus antiqua metuenda pericla ruina,
Significetur hero, qui tua damna luet.

L.1.& 2.C de ædif.priua. Oldendorp.claſſ 6.act.14. VVeſ.de ſeruit. Vrb.præd.

5

Ædificare domos vicino pernicioſas
Noli,(a)*ni caueas, quod remouere velis.*(b)

(a)l.1.l.2.l.prætor.ff.de no.op.nunc. Gail.1.obſ.16. (b)d.l.prætor.l.ſi pluſquam.ff.eo.tex.in l.2.ff.ne quid in loc.pub.

Agnati.

Vſque gradum decimum ſine Codice iura propinquis
Dant bõa,(a)*poſt princeps,*(b)*ante Vir, & Mulier,*
Succedunt,(c)*ſeptemque gradus in feuda paterna*
Tranſuerſalis habet,(d)*Fine caret ſoboles.*(e)

(a)§ fi.Inſt de ſucceſſ.Cogna.& in Auth.in ſucceſſione.C.de ſuis,& legit.Et quidem in Capita.l.2.C.eo.l.2.ff.eo.(b)ff.& C.de ſucceſſ.edic.& ff quis ord in bon.poſſ.ſer.per tot.(c)l.vn.C.vnde vir.& Vx.ff.eo.Inſt.de bon.poſſ.(d)c.1.qui feud.dar.poſſ Olim ad 4.gradum.1.Feud.1.§.1.1.Feud.8.c.1.§.1.Vide Succeſſio.(e)Vid.eo.de ſucceſſ.feud.

Alea.

Amiſſum quidquid ſit ludo, quidque ſolutum.
Condic: virtutis ni ſit amore grauu;
Tuncque duos ſolidos permittit Iuſtinianus
Qui licet amiſſi lædere vix poterunt.

L.2.& 3 ff de aleæ luſu & aleator.l.fi.C.eo. quia alearum vſus eſt prohibitus,& qui perdit , poteſt repetere.l.15.C.de relig.& ſump.fun. Alea enim deterrimũ prodigalitatis Inſtrumentum eſſe dicitur. V Veſ.eo.

Alienatio rei propriæ.

Coniunx.ſacra domus,furioſus,menteque captus,
Prodigus,atque minor,filius,ac fidei
Aduerſans recta Maieſtatis reus,iſtis
Res proprias alijs vendere iura vetant.

§.ſingulis.Inſt.de rer.diuiſ.& acqu.ipſar.dom.ff.de acquir.rer.dom.C.eo §.ſequens.Inſt.de Interdic.

Alienatio rei alienæ.

Officians,auguſta potens,cum principe Iudex,
Tutor,curator flumina,geſtor,aqua,
Creditor,exactor,prælatus,ſeruus,habentur.
Queis alienatur,res aliena datur.

§.Item ſiquis,Inſt.de rer.diuiſ.§.idem placet Inſt per quas perſon.nob.acq. ff de adq.vel amitt.poſſ.per tot.

Alternatiua.

Sunt perſonarum,ſunt alternata locorum,
Temporis,& rerum ſunt quoque mixta ſimul:
Ex his vna reo debetur electio rerum:
Temporis;atque fori,ſi mora facta,negant.

L.plerũque,ff.de iur.dot.c.in alternatiuis,de R I.in 6. In alternatiuis quoque Contractibus in dubio electio eſt Debitoris,d.l.plerumque &c.

Appel-

Digitized by Google

Appellatio.

Triginta apoſto, (a) denis appello diebus, (b)
Præſento? arbitriũ eſt. (c) proſequor, annus adeſt. (d)

(a) l. iudicibus. C. de appell. (b) Auth. hodie. C. eo. c. 15. de ſent. & re iud. (c) Gloſſ. in l. præſes, C. eo. per l. 1. ff. de iur. delib. (d) c. perſonas, ex. eo. Auth. ei qui, C. de temp. appell. Mynſing. Cent. 1. obſ. 8. vel ex cauſa biennium. VVeſ. Adde, quod ſententia nulla poſsit cõſenſu partium validari, & approbari. l. 1. C. Commun. vtriuſque iud.

Appellatio à definitiua.

Definitiuis datur appellatio ſolis
Cæſare, (a) ſed canones omne grauamen habent. (b)

(a) L. ante ſententiam, ff. de appellat. recip. l. 7. C. quorum ap. non recip. Et licet regulariter à ſententia interlocutoria non appelletur. l. 2. C. de epiſc. aud. l. fi. C. de ſẽt. & interloc. om. iud. Fallit tamẽ, ſi Iudex interloquendo, ſc. ante ſententiã definit. contra ius pronunciauerit, vel ſi aliquem nimis grauauerit, l. 2. ff. de app. recip. c. non ſolent, 2. q. 6. vel ſi Interlocutoria vim Definitiue habet. (b) c. non ſolent. & c. vt debitus. de appell. in 6. Clemen. appellanti. de appellat. Contra d. l. 7. C. quor. app. Quia ſententiæ appellatione propriè definit. venit. l. 14. ff. de re iud. Porro ius Can ſeruatur in foro Eccleſiaſtico, ius Ciuile in foro ſeculari, quando iſta duo iura contrariantur, vt hic. Si autem non contrarientur, vtrumque poteſt in vtroque foro allegari. Sed in materia Sacrament. & peccati ius Can. præfertur. & habet locum etiam in foro ſeculari: Et quando de iure ciuili eſt dubium, & de iure Can. clarum. & contra, DD. in c. 1. de no. op. nunc. Et propterea quia de iure Ciuili eſt dubi-

Digitized by Google

dubium, an filius rogatus reſtituere hæreditatem cum conditione, detrahere poſſit tertiam iure naturæ, & quartam Trebellianicam, & de eis diſponere poſſit ad libitum. De iure autem Can. clarum eſt, & deciſum c. Raynutius, & c. Raynaldus. de teſtam. Ideo tali caſu ius Can. habebit locum, etiam in foro ſæculari.

Appellantis temerarij pœna.

Si temerè appelles, expenſas ſoluere debes: (a)
Quinquaginta olim iura dabant ſolidos. (b)

(a) c. reprehenſibiles. ex de app. c. 1. de elect. in 6. (b) Cũ exiſtimationis iactura. l. eos. §. ne temerè. l. 19. C. de appellat. & Conſultat. l. 5. C. quor. app. non recip. Inſt. de Pœn. tem. litigati.

Appellare à ſeqq. non licet.

A Duce Saxoniæ, (a) *de principe,* (b) *deq; Senatu,* (c)
Præfecto, (d) *arbitrijs* (e) *nil reuocare licet.* (f)

(a) VVeſ. à quib. app. non lic. ſanbtr. (b) l. 1. §. 1. ff. à quib. ap. non lic. quia ſuperiorem non habet, ideo princeps ſolutus eſt legib. l. princeps. ff. de legib. c. cuncta per mundum 9. q. 3. tàm proprijs, quia nemo poteſt ſibi imperare. l. 1 ff de recep. arb. nemo poteſt ſeipſum ſoluere, vel ligare. c. ſi de conſtit. quam prædeceſſorum, quia par in parem non habet imperium, l. ille. ff. ad SC Trebell. Hinc Albericus in l. Digna vox C. de leg. inquit, Non eſt Rex legi, ſed lex obnoxia Regi. Procedit in legib. humanis, & poſitiuis, fallit in lege naturali, & diuina. quia talib. Papa, & Imperator ſubijciuntur, DD. in c. 1. de Conſt. Et ideo in c. 1. de prob. & in l. Cæſar. ff. de publ. apparet, Imperatorem obligari naturaliter ex proprio

prio

prio contractu Locationis. &c. Vel procedit ex neceſſitate, ſecus autem de honeſtate. d. l. digna vox. Vbi Imp. vult ſe alligatum legib. Et quamuis Papa ob plenitudinem poteſtatis omnia poſſit. c. propoſuit. de Conc. præben c. cuncta per mundum 9. q 3. Matth. 16. quodcunque ligaueris. Nec ab vllo iudicari poſſit, quia non habet Parem in terris. c. Si papa. 40 diſt. Fallit tamen ſi de publ. ſalute, ceu, de crimine hæreſis tractaretur. gloſſ. in d. c. ſi papa & tex. in c. ſiqui præsbyteri. 81. diſt. Quinimo contra ius poſitiuum Papa diſpenſare nō poteſt, ſi ex illa diſpenſatione decoloraretur, ac deſtrueretur Status Eccleſiæ, Puta ſi permitteret, quod omnes Clerici poſſent ducere vxores. DD. in c. 1. Et propterea Abbas in c. à nobis, de ſen. excom. n. 3. dicit, Papam poſſe omnia, claue tamen ſemper directa, id eſt, ſi iuſtè liget, aut ſoluat.

(c) Romano, d. l. 1. § 2 (d) prætorio Rom. quibus hoc ſingulariter tributū eſt. l. vn. C. de Sent. præfec prætorio. (e) l. 1. C. de recep. arb. l diem. ff. eo. Niſi arbitri Iuris ſint, id eſt, ex neceſſitate iuris ſumpti, quales ſunt, qui de ſuſpecto Iudice cognoſcunt, aut de reuocatione litterarū Apoſtolicarum, ab horum enim Sententia rectè prouocatur, (f) ff. à quib. app. non lic. per to. Nota, Appellatio Iudicialis poſt ſent. defin. ex duplici capite inſtituitur, vel ab ipſa ſent. definit, vel ab eius Executione: De priori & in maiorib. & in leuioribus cauſis tàm criminalib. quàm Ciuilib. à ſen. defin. appellari poteſt. Ab Executione nulla datur appellatio, niſi modus Executionis excedatur. Priore tamen capite non cōtinentur damnati ob manifeſtum crimen, item confeſſi, & conuicti de crimine, & qui ob veram contumaciam abſentes contrariam ſententiā tulerunt, his enim denegatur appellationis remedium. c. 61. ex. de app. Sunt & alia à quib. non prouocatur, A malè geſto Officio publ. l. 3. C. eo. vt eſt tutela. l 1. § ſiquis. ff. quan. app. Ab ære alieno, quod fiſco debetur, l 4, l. fi. C. de app. A contumacia l. 1.

C.

Digitized by Google

C.quor app.l.properandum.C.de iud. A delicto confeſſo.l.2.C.de ap. Quod conſuetudo ad omnia iudicia criminalia extendit. A ſententia poſſeſſionis iure Ciuili.l.vn.C.ſi de modo poſſeſſ. Item quando res non recipit dilationem, puta, Cum incidit quæſtio de teſtam. aperiendo, De miſſione in bonor.poſſ.l.fi.ff.de app.recip. l. quamuis C.eo. Nec à ſententia lata ſuper poſſeſſorio, quia non præiudicat cauſæ proprietatis.l.vn.C.ſi de moment. poſſ fuer.app. Item qui ſuccubuit in duplici appellatione, non poteſt tertio appellare ſuper iiſdem articulis, nec ſupplicare.l.vn. C.ne lic.in vna cauſ.ter.pro. Hodie quoque ab Electorib. Imperij nō prouocatur.Schneidvv.n.14.Inſt.de obl.quæ ex qua. delic.naſc. nec à ſententia fortunæ, quia fortuna in hoc mundo non habet ſuperiorem, & eius Dux eſt Deus. Bald.eo.

Modus appellationis hic eſt, vt intra decendium à lata ſententia definit.vel Interloc.appelletur: ſi tamen ab Interloc.vel alio grauamine appelletur extra iudicialiter, cauſa appellatiōis addatur. Sin à ſent.defin.ſufficiat, vel nudè prouocaſſe, ſola emiſſa voce Appello.dūmodo id poſt latam ſent. ſedente adhuc Iudice pro tribunali fiat, aliàs ex Interuallo ſcripto opus eſt ad appellandum; vbi igitur intra præſcriptum à iure decendium appellatum eſt, literæ dimiſſoriæ, quib.ſc. cauſa ad eū, qui appellatus eſt, dimittitur (vulgò Apoſtoli dicuntur) Petendæ ſunt vnō contextu inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſime, ab eo, à quo appellatū eſt ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, idque intra 30 dies à tempore ſententiæ. Introducta appellatione coram ſuperiore Iudice, tempus proſequendæ, & finiendæ appellationis annus eſt, aut ex neceſſaria cauſa biennium à die interpoſitæ App.numerandum. licet conſenſu partium aut Iudicis illud tempus prorogari poſſit, niſi periculū moræ ſit. Semper ad proximè Superiorem appellandū

eſt,

Digitized by Google

eſt,idque bis de eadẽ re permittitur.c.66.ex.eo.V.G.à ſentẽtia Archidiaconi ad Epiſcopũ, ab Epiſcopo ad Archiep.niſi aliud conſuetudo ferat, vt relicto intermedio ſuperior prouocaretur,vel ipſe S. Pontifex, cum is cum quouis Ordinario Iudice concurrat. A Delegato ad Delegantẽ appellatur niſi totius cauſæ iuriſdictionem ſuo Subdelegato mandaſſet. Ab Officiali Epiſcopi non ad Epiſcopum,cum ſit idem auditorium, ſed ad Archiep. appellatur. Appellationis effectus eſt, quod per eam ſententia definit.ſuſpendatur, hinc vtraque pars probare poteſt,quæ antea probata non fuerunt, & producere non producta. Pluribus vna ſententia condemnatis, ſi vnus ex ijs appellauerit.reliquis omnib prodeſit. Diuerſum eſt in Reſtitutionis Beneficio, in quo vnius reſtitutio alteri non prodeſt.l.1.& 2. C.de in integr.

Arbitriũ, Laudum, ſeu Compromiſ.

Acta decem faciunt conſenſu lauda diebus
Iudicis edictum tranſit, & arbitrium.

Bald.& Marant.part.6.de app.n.270.l.4 l.pen. C.de recep.arb.l.1.& ſeqq.ff.eo.

Arrha.

Oblatas perdet Sponſus,dum pœnitet,arrhas: (a)
Papa ſed, vt Sponſi pœniteant, vetuit. (b)

(a) L.1.l fi.C.de Sponſal. & arrhis Sponſalit. ff. eo. (b) c.ex literis,cum c.2. Vbi Panorm.& Felin.ex.eo.ſed requiritur vtriuſque diſſenſus,non autem ſufficit pœnitentia alterius.

Arrogatio,

Arrogo,qui ſuus eſt, ſed habet melius eſſe neceſſe.
Patris adopto ſuum,ſed patris permanet idem.

L 1.& 2.C.de adop Vid. Adoptio.

Ar-

Aſcendentes.

Etſi aſcendentes excludant collaterales, a
Sunt tamen his fratres conditione pares. b

(a) §.1. in Auth. de hæred. ab inteſt. venien. Auth. itaque. C. Com. de ſucceſſ. Olim à Fratribus excludebantur, l. Scripto. ff vnde liberi. §. fi. Inſtit. de legit. agna. ſucceſſ. ſecus in feudis ſeruatur. Aluar. in c.1. de ſucceſſ. feud. 1. F. 8 & ff. de g. ad. & affin per to. Deſcendentes tamen præferuntur adſcendentibus. l. 4. C. ad SC. orphit. Filiæ quidem & filiæ in hæreditate patris, & matris pariter ſuccedunt. Nepotes autem & Neptes, ſicut & pronepotes ſuccedunt cum filijs, & filiabus in ſtirpes, non in capita. ff. & C. de hæred. ab inteſt. per tot. Fratres, & ſorores ex vtroque latere præferuntur Fratribus & Sororibus ex vno latere tantum, Si quis autem relinquat fratres Conſanguineos tantum, & quoſdam vterinos tantum, tunc in bonis maternis præferuntur Vterini, in rebus paternis Conſanguinei. Fratres Conſanguinei tantum, & Vterini tantum pariter ſuccedunt fratri in bonis ab eo quæſitis, non autem à patre, vel matre relictis: Fratrum filij, ex vno latere non admittuntur ad hæreditatem cum fratribus ex vtroque latere. Fratrum vero vel ſororum filij ex vtroque latere præferuntur fratribus vel ſororibus ex vno latere, idq; procedit in bonis paternis, vel maternis à defuncto fratre, vel ſorore relictis.

B

Beneficium Eccleſiaſticum.

Conferri debet ſpacio prabenda ſemeſtri,
Cum vacat, Eccleſia ſicut & officia.

C.3.ex.de ſupplen.neglig.prælator. alioqui ad ſuperiorem deuoluitur Collatio, ſc.ad Epiſcopum,Metropolitanum,Patriarcham (quorum propriè 4 ſunt, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus, Conſtantinopolitanus) quem ſi non habent,ad S.Pontificem. d.c. 3.c.34.de præbend. Beneficium tamen ſub pœna priuationis propria auctoritate nemo mutare poteſt. c. 8. de præbend. Nec licitè poteſt ſine Canonica inſtitutione obtineri, ſi habeatur in titulum, c.beneficium, de R.I. in 6. vt determinatus ſit Clericor. Conſt.3.

Beneficium legis ſecundæ.

Plus medio læſus legem capis inde ſecundam.
Vt precium reddat, vel quod abeſt tibi det.

L.2.l.4.l.ſi Voluntate.l.quiſque.C.de reſcin. vend.l. 3.C.Commun. vtriuſque iud.

Beneficium Reuiſionis.

Eſt contra cameram producta Reuiſio Spiris,
Tempore Fridrici, qui reuidere dedit.

Hoc beneficium eſt Iure Can. & Ciuili prorſus incognitum, ſed ex poſterioribus Ordinationibus Imperij tempore Friderici Regis Rom. Anno 15[illegible].introductum fuit contra ſententias Cameræ Imperialis, à quibus cũ appellare non liceat, permiſſum eſt ei,qui ſe grauatum putat,petere Acta iudicij reuideri, id eſt, recognoſci ab alijs,& retractari ſententiam, ſi actis conformis non ſit, Interim Executio in ſuſpẽſis manet, donec reuiſio peracta ſit. Interdũ & per Supplicationẽ retractari petitur ſententia definit. cum ea ſc.à præfecto prætorio lata eſt: nam cum ab eo appellatio non detur, in ſubſidium introductum fuit, vt Imperatori, vel ipſi præfecto prætorio,

rio, ſiue Conſiliarijs, vel Referēdarijs ipſius ſupplicare liceat pro retractanda ſententia.l.vn.C.de ſent.præfec.prætor quanquã & contra eam Reſtitutio in integrũ rectè petatur: quæ in hoc diſtat à ſupplicatione, quod petita Reſtitutio ſententiæ executionem differat. Supplicatio non: Supplicatio quoque contra ſententias Inferiorum Iudicum non admittitur, nequidem ad ipſum principem, ſed vel ab eis eſt appellandum, vel petenda, in integrum Reſtitutio. Nec hic prætereundum eſt REMEDIVM SYNDICATVS, quod contra ipſos Iudices inſtituitur qui corrupti precio, aut gratia malè iudicarunt, qui idcirco ad Syndicatum, id eſt, cauſæ dictionem ab ijs, quibus nocitum eſt, reuocantur, & conuicti in litis æſtimationem parti læſæ condemnantur.l.2.C.de pœna Iudicis, qui malè Iud

REMEDIVM NVLLITATIS SENTENTIÆ eſt, quo petit is, qui ſuccubuit, ſententiã declarari nullam, vel ex hoc capite, quod contra ius expreſſum lata ſit. c. 1.ex.de ſent.& re iud. Vel ex eo quod iudex eam tulerit ſordibus corruptus, vel quod non fuerit obſeruatus ſolemnis Iudicij ordo.

Beneficium Reſtitutionis.

Annum maiori, (a) *quatuor præſtabo minori,* (b)
Intra quos læſus reſtituendus erit.

(a) L.1.ff.de diuerſ.& temp.præſcrip.l.3.C. ex quib. cauſ.maior ff eo. Eſt autem Reſtitutio in integrum in priſtinum ſtatum reductio, daturque certis perſonis cognita cauſa, & probata & intra præſcriptum à iure tempus, quo peti debet, Et inprimis datur minoribus 25.annis, vbi ex ſententia Iudicis, vel alio iudiciali actu, læſi ſunt, deinde minorum exemplo Reip. & Eccleſiæ etiã contra aliam Eccleſiam. Tertio & maioribus 2 .annis, ſed his ob iuſtam abſentiæ præſertim Reip. cauſam, ſi

dam-

damnum patitur. l. item hi ff. ex quib. cau. maior. l. abſentia. ff. de R. I. Officiũ enim ſuum nemini debet eſſe damnoſum. l. Si communis ſeruus. §. quod vero. ff. ad l. Iul. de adul. Niſi dolo abfuiſſet. d. l. item. Dolus enim nemini patrocinari debet. l. quod ſi dolo. l. is qui dolo. ff. de rei vendic. Vel niſi etiam præſens damnum fuiſſet paſſurus. l. item § ſi. ff eo. Caſus enim contingens liberat debitorem à culpa præcedenti l. ſiquis aliam. §. Eſt & alia. ff. quod vi aut clam. l. ſi vehenda. § ſi conditione. ff ad l. Rhod. de iac. vel Erroris cauſam. 1. Adeoque & contra ſententiam Summi Pontificis, & Principis hæc Reſtitutio conceditur. Non minus & in contractibus alijſque caſibus, quibus Sc. prædicti ſe læſos, conquerũtur, huius reſtitut. ratio habetur. Peti autem, & peragi debet hoc reſtitutionis iudicium, vt dixi, intra quadriênniũ à tempore læſionis, idq; cognita cauſa, & præſente aduerſario, aut per contumaciam abſente: Si tamẽ rationabilis cauſa ſubſit, poterit Iudex hoc tempus excedere in danda Reſtit. Quod attinet ad Iud. Reſtit. in integr. is adeundus eſt, qui eſt ipſius rei, contra quem petitur reſtitutio, propter communem reg. Actor ſequitur forum rei. Vt tamen hic Iudex adminiſtrationem coniunctam habeat, vel alius ab eod. delegatus ad Vniuerſitatem cauſarum, vel ſpiritualiter ad hoc iudicium exercendum: Delegati enim ab ordinarijs, qui adminiſtrationem non habent, ſed tamen iudicandi facultatem, & arbitri compromiſſarij cauſam reſtitutionis tractare non poſſunt, niſi incidẽter coram eis motus fuerit. Minor tamen Magiſtratus contra ſententiam maioris non reſtituit, licet idem Magiſtratus contra ſuam poſſit. Contra ſententiam delegati à principe ſolus princeps reſtituit, ſicut contra ſententiam principis ſolus ipſe princeps.

Beneficium non datur inuito.

Inuito nunquam bene fit, niſi fortè ſubeſſet
Publicus hoc ſuadens, alteriuſue fauor.

l. inuito. 69. ff. de R. I. l. hoc iure ff. de donat. l. nec emere. C. de iure delib. c. beneficium, de R. I. in 6.

Beneficium cum capite tranſit.

Quæ viuis data ſunt, quid proſunt quæſo ſepultis?
Ni ſecus hoc princeps, qui dedit, eſſe velit.

l. Neratius. ff. de R. I. & ſicut decet beneficium Principis eſſe manſurum. c. decet. de R. I. in 6 ita perſonam non egreditur. §. ſed & quod Principi. Inſt de iur. nat. gent. & ciuil. l. 3. ff. de cenſibus Sed morte expirat. l. 2. ff. Quæ ſent. ſecundum appell. Niſi Princeps beneficium datum, & ad defunctum. Caſ. in l. quoties, C. de prec. Imp. offer. & ad hæredes eius pertinere velit pro memoria ipſius dignitatis conſeruanda. l. 6, ff. de interrog. l. vt virtutum præmia. C. de ſtat. & imag. fac. l. 4. ff. de re mil. Priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ. vid. l. 156. ff. de R. I. & l. 68. l. ſordidorum. C. de excuſ. mun.

Bona fides non patitur idem bis exigi.

Quod fuit exactum, ne rurſus diſcute: namq;
Nulla fides ſolui bis patietur idem.

l. bona fides. ff. de R. I. l. bona fides. ff. depoſiti. § 1. Inſt. quib. mod. toll. oblig.

Bona Fides.

Non vſucapies, nec erit præſcriptio iuſta,
Ni bona ſit ſemper continuata fides.

Digitized by Google

c.fi. vbi DD.de præſcrip.c.5.17. & ſi ex.eo. poſſeſſor enim malæ fidei vllo tempore non præſcribit.c. poſſeſſor de R.I.in 6. c.ſi Virgo. 34. q.2.ſcilicet de iure Can. Iure enim Ciuili bonam fidem ab initio interueniſſe ſufficit.l.Vn.C de vſucap.l.pen.ff.ſolut.matrim.l.2. ff. pro Emptore.l.Si fur.§ 1.ff.de vſurpat.& vſucap. l. bonæ fidei. ff. de V.S. Eo namque iure præſcribitur res longiſſimo tempore,& cum mala fide.l.cum notiſſimi, C.de præſcrip.30.vel.40 annor. Cum enim ius Ciuile non habeat reſpectum ad ſalutem animarum, ſed tantum ad bonum commune,ideo mala fide præſcribit,Ius verò Can. vtrumque conſiderat, ideo, quia ſumus in materia peccati, merito in vtroque foro ſeruatur. Nequidem ab initio in præſcriptione 30. annor. requiritur bona fides.l.3 4 8.§ 1.C.eo. Hinc ius Can.ſequendum, & in Camera receptum teſtatur Gail 2. obſ.18. n. 7. Eſt autem bona fides conſcientia bona, qua putamus rem noſtram eſſe,licet reuerà aliena ſit. c.fi. ex. de præſcrip Atq; hoc tempus poſſeſſionis continuũ cenſetur, vt ſi pater.6.annis,& poſtea filius, vel alius intereſſatus 4.annis quietè poſſederit, tempora illa computantur, & præſcriptionem inter præſentes faciunt, non tamen contra minorem.l.bonæ fidei.ff. de adquir. rer. domin

Bonorum poſſeſſio.

Intra annum rectis poſſeſſio iure petenda eſt,(a)
Cognatis centum, ſufficiuntq; dies(b)

(a) intra annum vtilem, in ordine ad poſſeſſionem agnoſcendã l.2.3.4 ff.de iur.delib.l.3. C.qui admitt. ad bon.poſſ.§.cum igitur.Inſt.de bon.poſſ.Nam ad petendam hæreditatem currit ſpacium continuum 30.annor. l.licet.C.de iure delib. (b) vtiles, l.ſi plures.l. in bonorum.ff.de bon poſſ § liberis.Inſt.eo.l.4.C.qui admitt. ad bon.poſſ.Et portio deficiẽs accreſcit pari in gradu,

Digitized by Google

vel ad alium deuoluitur per ſucceſſorium edictum. Bonor. poſſeſſio ſecundum tab. Beſitzung der güter nach außweiß brieff und Sigel.

Bona hodie non publicantur.

Si agnati in trino, fieri bona publica, nexu,
Ni læſus Princeps, iura nouata vetant.

Imo nec tunc plane Fiſco cedunt, ſi damnatus liberos habeat: Nam ijs dimidia bonorum pars cedere debet. l. 1. l. fi. ff. de bon. dam. l fi. C. eo. Auth. bona damnatorum. C. eo. l. ſiquis. C. ad l. Iul. maieſt. Ord. Imp. c. 10.

C

Carceris Effractor.

Carceris Effractor ſi Summi Principis eſſet,
Tanquam conuictus plectier ille ſolet.

l. 13. ff. de cuſtodia. Iaſon in l. 3. § quod prætor, n. 12. ff. nequis eum, qui in ius Voc. Sæpe extraord. punitur. ff. de Effractorib. per to. Sed nec liber homo ad perpetuam carcerem damnari debet. l. 6. C. de pœn. Secus de iur. Can. c. quamuis. ex eo.

Cauſæ Summariæ.

Pauperis, & viduæ, dotis, modiciq; valoris,
Ac maieſtatis cauſa putanda breuis.

l. 5. C. de iuriſd. om. iud. Auth. niſi breuiores. C. de ſent. ex breuic. recitand. Idem eſt de cauſa militari iudicium. Quæ cauſa dicatur, modici Valoris, relinquitur Iudicis arbitrio. Inter Iudicium ſummarium, & extraord. non eſt differentia.

Cau-

Caupo, Stabularius &c.

Caupo vel à ſtabulis, cũ Nauta in ſimpla tenẽtur. (a)
Pro furto duplum exercitor ipſe dabit.

(a) l. 5. § pen. ff. nautæ, Caup. (b) l. 6. & 7. ff. eo. & toti. ff. de exerc. act. Quia eſt electa induſtria perſonæ.

Cautio Mutiana.

Legati ſi conditio eſt in non faciendo,
Mutius hinc caueat aut nihil hinc habeat.

l. mutianæ. 7. ff. de condit. & demonſtrat.

Cautio priuata.

Cautio priuata, at trino cum teſte notata,
Hac modo virtutes iudicialis habet.

Specul. Marant. Hoſtien. Oldendorp. de teſtam.

2.

Cautio ſiſti Iudicio.

Cautio ſiſtendi ſpacio facienda bimeſtri,
Supplice porrecto, mos niſi tollat eam.

Can. lib. 4. Inſt. de Iud. per to. Marant.

Citatio.

Ad cunctas litis partes ſolet eſſe citatus
Æmulus, in longis ni teneatur agris.

l. 2. 7. ff. de fer. & dilat. l. fi. C. eo. to. ti. ex. eo. ſi enim in longinquis ſit locis, non requiritur citatio ſpecialis in omnibus actibus iudicialibus. Sed vna citatione generali ad totam cauſam citari poteſt, Abbas & Marant.

Citatio autem fit in perſonam, ſi inueniri poteſt, aliàs ad domum.l.13.de excuſ.tut. In arbitrio tamen Actoris eſt, an velit libellum vnà cum citatione Reo tranſmittere. Auth. offeratur. C.de lit.conteſt. In Auſtria ſola citatio mittitur. Et quoties reus præſens reperitur, non eſt opus citatione.l.etiam.ff.de min. ſecus in Auſtria. Eſt autem citatio actus iudicialis, quo is, quem coram ſiſti opus eſt, Iudicis mandato legitimè vocatur iuris experiundi cauſa.l.1.ff.de in ius voc. Citatione enim omiſſa, iudicium redditur ipſo iure nulllum, emiſſa verò non impunè negligitur in contumacem conſtituta, niſi incompetentis iudicis, aut aliâ iuſtâ excep. ſe purgauerit.vel ſi parens.aut patronus ſit, vel funus ducat, ſi nuptijs, valetudine, periculo &c. impediatur, ceſſante tamen impedimento ſe ſiſtere debet: quia mandato Iudicis duo continentur. Primum vt ad eum veniat. 2. Vt ad diem præfixum veniat. Siquis, poſteaquam in ius vocatus eſt.alterius fori eſſe cęperit, in ea cauſa ius reuocandi forum non habet, quaſi præuentus: Citatio ad diem feriatum facta nullius eſt momenti, veluti ad diem feſtum, vindemiarum, vel meſſium, quibus ex Iuris præſcripto Iudicium non exercetur, niſi neceſſitas, vel pietas aliud ſuaſerit, vel ab vtraque parte renunciatum ſit ferijs vindem. vel meſſium, quæ in fauorem hominum introductæ ſunt, (Fauori autem, vel beneficio ſuo quilibet renunciare poteſt. l. fi. §. ſi mulier. ff. ad Sc.Vellei. quando ſc. beneficium perſonale eſt, & ſingulare, ac fauorabile tātum; ſecus ſi eſſet commune, & omnium fauore introductum, tex. in c. ſi diligenti.de for. comp. nec pro vna parte fauorabile, pro altera odioſum, vt eſt in SC. Maced. Goffred. in Sum. tit. de renunciat.n.2.) Nam ferijs in honorem Dei renunciari nequit, cum pactis priuatorum iuri publ. non derogetur. Citari autem reus præſens debet, aut eo abſente procurator eius, aliàs domi ſuæ, vel apud Eccleſiam

cita-

Citatio inſinuanda eſt, non trina eſſe debet, vel vna peremptoria, quæ tantum tẽporis continet, quantũ trina citatio. Citatione legitimè facta, ſi non cõparet, contumaci mulcta infligitur à Iudice, aut actori in expenſas condemnatur, aut inuitus ad Iudicium ducitur, aut excommunicatur, aut miſſionem bonorum patitur. Neque enim lite nondum conteſtata ad merita cauſæ deueniri poteſt, niſi paucis caſib. Contumax autem dicitur, qui tribus edictis propoſitis, aut vno peremptorio præſentiam ſui facere contemnit. Vid. Decretum.

Codicilli.

Non habet hæredem, (a) reÿcitq́ ſolemnia Codex, (b)
Quinque tamen teſtes corroborare ſolent. (c)

(a) l. 2. C. de iur. C. §. pen Inſt. eo. (b) l. Diui. ff. eo. l. fi. C. eo. §. fi. Inſt. eo. (c) d. l. fi. & l. fi. C. de fideicom. In teſtamento autem Hæredum inſtitutio neceſſaria eſt, velut baſis, & fundamentum. l. 29. C. de teſtam. Definitur autem Codicillus, quod ſit ſcriptura, qua moriens ſine vlla ſolemnitate teſtamenti, aut hæredis inſtitutione teſtatur de eo, quod poſt mortem ſuam fieri velit. Vulgò Ein ordnung/darinnen kein Erbſatzung begriffen/ Ideo qui hæredem inſtituit, Codicillos velle facere non videtur, Et ſi deſit teſtamenti ſolemnitas, ne iure quidem Codicill. ea teſtatio valebit, niſi adiecta clauſula, Si non valet iure teſtam. &c.

Collaterales.

Vſq́ gradum quartum lateri connubia tolle, (a)
Cum quinto iungi iure ſecunda poteſt. (b)

(a) c. non debet, de Conſang. & affin. c. pen. & fi. eo. C. de inceſt. nup. & Inſt. de nup. per to. (b) cum is, qui remotiori gradu eſt, proximiorem ad ſe trahat fauore

Matrimonij.d c ſi.ex.eo. Affines autem ſunt, viri & vxoris cognati. Et hi rectè coniunguntur, vt pater & filius cum Matre ac filia, 2. fratres cum 2. ſororibus Auunculus & nepos cum 2. ſororibus. Non autem ipſe vir cum cognatis mulieris, vel contrà coniungi poſſunt vſque ad quartum gradum. Affinitas etiam ex illicito coitu contrahitur, debitumque impedit à propria vxore petendum, vt ſiquis priuignam, vel aliam cognatam vxoris cognoſcat. Affinitas matrimonium in primo, & ſecundo gradu contractum, vlteriùs non dirimit. Affinis mihi eſt in primo gradu qui cum ſorore mea rem habuit, ſiue licitã, ſiue illicitam, cum Nepte mea in ſecundo gradu. &c. Quanquam iure ciuili gradus affinitatis nulli ſunt, quod inter affines nulla hæreditaria ſucceſſio ſit. l. 7 C. commun. de ſucceſſ. Et ideo etiam inter affines nulla prohibitio Matrimonij eſt, niſi inter eos, qui parentum, liberorumq; loco ſunt, vt inter priuignam, & Vitricum, Priuignum & Nouercam, Nurum & Socerum, generum & ſocrum, etiam de iure Can. Differentia tamen eſt: nam ius ciuile primum gradum non collocat inter tranſuerſales, ſed à ſecundo gradu incipit in quo conſtituit fratrem, & ſororem. In ſecũdo horum liberos. Inſt. de grad. cogna. l. 1. & 10. ff. de grad. affi. Deinde permittit Matrimonium in tertio gradu ſc. inter fratris, & Sor. filium, & filiam Inſt. de nup. l. 3. ff. de rit. nup. At verò Ius Can. primum gradum habet in linea tranſuerſali, in eoque conſtituit Fratrem, & ſororem. In ſecundo horum filios. Inter hos tranſuerſ. olim prohibitio erat vſque ad 7. gradum; hodie verò vſque ad quartum gradum incluſiuè contracta eſt, vid. grad. Collat.

Compenſatio.

Priuati, ac liquidi ſit compenſatio puri; (a)
Saxo reconuentum tollere ſemper amat. (b)

(a) l.

(a) l. quod in diem. ff. de compenſ. liquidi enim cum illiquido non fit compenſatio. l. fi. C. eo. Nec ſpeciei ad ſpeciem, vel ſpeciei ad quantitatem, vel quantitatis ad quantitatē, Bene tamen generis ad genus fit compenſatio. l. ſi non ſortem. ff. de condic. indeb. Nec quiſquam tenetur ſoluere vbi poteſt compenſare. tantum valet Exceptio compenſationis. l. 6. C. de compenſ. Nouell. 96. (b) VVeſ. n. 1. ff. qui ſatiſd. cog. iure autem ciu. vt dictum, reus ſi ſuccumbat, poteſt actorem ſuum reconuenire, etiam ex alia cauſa, durante eodem iudicio apud eundem iudicem, niſi aliàs ſit Iudex in competens ipſius actoris, etiam poſt litem conteſt. Auth. & eleganter. C. de ſent. & interloc.

Condictio ex Canone, vel Lege.

Legis, vel Canonis pullulat condictio, quando
Rebus Contractis actio certa deeſt.

l. vn. vbi Bar. ff. de condic. ex lege. §. ſic itaque Inſt. de actio. vulgò dicitur Ein Rechtfertigung nach dieſem / oder jenem Geſetz. Condictio Triticaria. Rechtfertigung wieder ein perſohn / darin allerhandt ſachen / außerhalb geldt / nach erkendtnuß eines Schidtmanß geſchätzt werden. Condictio arbitraria. Rechtfertigung wieder ein Perſohn / ſo zu eines Schidtmanß erkandtnuß geſetzt.

Condictio certi.

Mutuo, & ex ſtipulis oritur Condictio certi:
Naſcitur ex ſtipulis actio namque duplex.

ff. ſi cer. pet. & ff. de V. O. per to. Huic accedunt aliæ condictiones, ſiue actiones in perſonam, klag wieder die Perſohn. Condictio cauſâ datâ. Außſpruch an geliefferte / oder gegeben ding / als geldt / oder geldtswerth vmb fürgewenter vrſach wegen / welche doch nit vorgeſtreckt / oder voltzogen worden.

worden. Condictio indebiti. Rechtfertigung wieder ein Perſohn/welche Geldt / das ich ſchuldig zu ſein vermeinte/ von mir angenomen. Condict. ſine cauſa. Rechtfertigung wieder ein Perſohn ohne vrſach/als da einer dem andern das einige ohne vrſach auffhelt.

Condictio ob turp. cauſ.

Turpis cauſa triplex: Dantis, Capientis, vtrimque.
Altera de his repetit, nil repetent reliqua.

(a) l. 2. & 4. ff. de condic. ob. iniuſt. & turp. cau. l. mercalem. C. eo. quia promiſſum, vel datum ex turpi cauſa non poteſt peti, vel repeti. l. 1. & 2. C. de cond. ob turp. cau. (a) l. affectionis. ff. de don. l. 2. & 4. §. ſed & quod Meretrici. ff. eo l. 3. 4. pen. & fin. C. eo. vulgò dicitur, Rechtliche anſpruch wider eine perſohn/ dardurch das jenige wider begert wirdt/ſo einem anderen gegeben worden auß vrſachen/ſo gleichwol in das werck gericht/aber des Gegentheils halbē ſchändtliche vrſachen ſeindt. Condictio Furtiua aber iſt ein Rechtfertigung wieder ein perſohn wegen eines diebſtals / daſſelbige widerumb bey zu bringen. Sic datum ob cauſam, cauſa non ſecuta retractari poteſt. l. 3. §. ſed ſi tibi. ff. de condic. cau. da. ſiſtat per eum qui accepit. Si dedi tibi pec. vt intra cer. temp. Stichum manumittas, ſi interea moriatur. non poſſum eam repetere.

Concuſſio.

Crimine concuſſo quadrupla datur actio pœna,
Sæpe modus alijs conueniendus erit.

l. 1. & 2. ff. de concuſſione. l. quod euitandi. C. de cond. ob turp. cau. l. 1. C. ad l. iul. rep. l. ſi. ff. eo. c. militare 23. q. 1. c. quoniam. diſt. 8. l. 1. ff. ad Sc. Turp. l. 1. ff. de calum. Wan man einem etwas durch drewung gewalts vnrecht abdringt/ concuſſio dicitur.

Co

Digitized by Google

Confeſsio.

Vt ſententia, ſic confeſsio non reuocatur,
Actutum Iudex has reuocare poteſt.

Actutum, ideſt, in continenti. c. præterea. 7. de teſtib. cog. confeſſus enim pro iudicato eſt, quaſi propria ſententia condemnatus. l. 1. ff. de confeſſ. Nec opus eſt poſt confeſſionem ſententia, quando ſcilicet de plano, & ſine forma Iudicij iudex cognoſcit. l. poſt rem. l. certum. ff. eo. l. fi. ff. quod met. cau. l. proinde. ff. ad l. aquil. ſecus eſt, ſi ordine iudicario procedatur, tunc enim ſententia opus eſt l. 3. l. 4. l. ſtichum 5. ff. de confeſſ. l. fi. C. de exec. rei iud.

Confeſsionis Requiſita.

Maior, ſponte, ſciens, Dominus, pars, lis, ſed & in ſe
Confeſſus, certum, compos, pro iudice, iure,
Damnatus, niſi lex, fauor, aut natura repugnent.

l. certum. ff. de confeſſ. c. 1. 15. q. 6. c. 2. ex. de confeſſ. Nec confeſſio in carcere facta valet. l. qui in carcerem. ff. quod met. cau. l. 1. ff. de quæſtion.

Conſtitutio Anaſtaſiaua.

Mandat Anaſtaſius, liceat ne vendere partim,
Omnia ſed debent litigioſa dari.

l. ab Anaſtaſio 22. & 23. C. mandati. l. 2. & to. ti. C. de litigioſ. imo & cedens actionem ſuam potentiori ratione officij, perdit actionem ſuam, & ceſſio non valet. l. 2. C. ne lic. potentiorib. cum aliàs actionem ſuam quiſque cedere contra inuitum, & ignorantem Debitorem. l. 3. C. de hæred. vel act. vend.

Digitized by Google

Conſuetudo.

Conſuetudo, & mos vim legis habere videntur, (a)
Sæpius at leges hos renocare ſolent. (b)

(a) quia conſuetudo altera lex dicitur. c. conſuetudo. 1. diſt. l. ſi de interpretatione. C. de leg. l. 2. C. quæ ſit longa conſue. imitatur enim legem, & eius loco ſuccedit, vbi deficit lex c. cum veniſſent. 12. diſt. Procedit his 4. concurrentibus quando eſt rationabilis, præſcripta, de ſcientia Principis inducta, & quando maior pars populi conſueuit illa conſuetudine vti. De iure Can. ſufficit, quod ſit rationabilis, & præſcripta. gloſſ. in c. fruſtra. 8. diſt. in fin. (b) 11. diſt. per to. iuxta illud. Mandato iuris, ſeu legum vincitur vſus. Immo & conſuetudo tollit legem, ſi eſt rationabilis, & præſcripta. c. clerici. de iud. c. conſuetudines. 11. diſt. Sed quomodo conſ. dicitur eſſe rationabilis, cū ſit cōtra ius, quod etiā eſt rationabile? Reſpō. quod illa vno reſpectu rationabilis eſt, iſtud alio reſpectu. § ex nō ſcripto. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. conſuetudini renunciari, vel derogari poteſt per pactum. l. 71. ff. de contrahen. emp. niſi conſuetudo ſit prohibitoria. l. 1. C. ne fideiuſſ.

Contractus.

Gratia contractus diſtinguit commoda rerum:
Sic penes emptorem cuncta pericula iacent.

l. 1. C. de peric. & com. rei vend. Ab initio enim contractus ſunt voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis, quia nō licet reſilire. l. ſicut ab initio. C. de act. & obl. l. in commodato. § ſicut. ff. commod. Niſi de conſenſu vtriuſque partis ab eis recedatur: nihil etiam tam naturale eſt, quā vnumquodque diſſolui eo genere, quo ligatum eſt. l. nihil. ff. de R. I. vel niſi fraus, vel dolus ſuperueniat, quia ſemper

ſemper in actu intelligitur dolus, & fraus excepta. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. vel contractus imperfectus ſit.

2.

Ille dolum præſtat, caſu, culpaq; ſolutus,
Quem non contractus reſpicit vtilitas.

l. Si certos nummos. 37. ff. de V. O. Et à quo contractus incipit, ab eo primò impleri dicitur. l. 19. ff. de contrah. emp. Ideo res à venditore loco pignoris retineri poteſt, donec precium ſoluatur. Eius quoque eſt periculum, cuius eſt commodum, l. ſupervacuam. C. de temp. in integr. reſt. §. 1. Inſt. de vſu. Si is, qui habet cōmodū, habet etiā dominium, quia in illis rebus, quarum dominiū non tranſit in accipientem, vt ſunt res locatæ, commodatæ &c. ea quę pereunt, regulariter ſuo domino pereunt, non autem ei, qui habet commodum, niſi ſua culpa, vel dolo perijſſent. l. quod ſi dolo. ff. de rei vend. l. ſi Merces. §. culpæ. ff. loc. vel niſi quis teneatur cuſtodire rem neceſſitate muneris, vt patet in Exercitore nauis, in caupone, ſtabulario, & huiuſmodi: Iſtorū enim ęſt periculū rei amiſſæ, vel furto ablatæ in naui, caupona, vel ſtabulo, licet eorum commodum non ſit. §. item Exercitor. Inſt. de oblig. quæ ex qua. delic. naſc. caſus tamen fortuitus liberat Debitorem. l. quæ fortuitis. l. 1. ſi nulla. C. de pig. ac. l. quod te. ff. ſi cer. pet. ſi eſt debitor ſpeciei, ſecus eſt in Debitore generis, vel quantitatis. quia genus perire non poteſt.

3

Contractus quidam culpamq; dolumq; receptant (a)
Suntq; quibus ſatis eſt, continuiſſe dolum. (b)

(a) vt ſunt mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, dotis datio, tutelæ, negotia ge-

ſta.l 23.ff.de R.I. (b) vt depoſitum,& precarium. l. d. 23.l.1.C.de poſ.c.ſi.ex.depoſ.l.1.ff.mand.

4

At tutor, geſtor, mandator, venditor, aut qui
Pignorat, aut dotat, commodat, atq; locat,
Vt ſocius, vel rem communem qui mihi ſeruat,
Præter vtrumq; dabunt ſedulitatis opem

Vid. Sturc.in l.23.ff de R. I. Et hæc ita vera ſunt, vt nec pactum contrarium, ne dolus præſtetur &c. Valeat. d.l.23.

5

Si fraus non dederit cauſam Contractibus, ad res,
Hæres in ſolidum conueniendus erit:
Lege tamen veteri tabularum ſcinditur inter
Omnes, proq; rata pars ſua quemq; tenet.

l. hoc iure.194.§.in Contractibus.ff de R. I. ſi enim dolus initium dedit contractui, auctoritate iuris contractus non ſubſiſtit l.& eleganter.ff.de dolo. Non obſtante l.5.C.de reſcind.Vend. quia declaratione Iudicis contractum nullum eſſe opus habet Aduerſarius.arg.l.3. C. de pig.Sed ſi extrinſecus dolus incidat, firmitatem actus haud tollit.l.Iulianus.ff.de act.emp.Vid.dolus.

Creditor.

Creditor eſt duplex, eſt Chirographarius alter:
Alter hypothecæ quærere prima ſolet.

l.reſcriptum.ff.de pac.l.pen.l.priuilegia.ff.de priuil. Cred.l.eos.C.qui pot in pig. hab.l.plus cautionis.ff. de R.I.Auth.itaq; C.commun.de ſucceſſ. creditor habens ius reale, hoc eſt hypothecam, præfertur alijs habentib. priuilegium.l.eos.C.qui pot.vid.pig.

2

Omnia ſi nequeat ſua ſoluere debita debens
Detrahe Chirographis; queis potiora negant.

l.prio.

l.priores.§.ſi plures.cum l.ſeq. ff.de tribut. ac.VVeſ. de priu.cred.n.5.& 6.

Crimen.

Ob populum multum crimen pertranſit inultum,
Quando per plures crimina facta latent.

Tyraq.in trac.de pæn.cau.63.Immo ſiquis ex Pugnatorib. mediatorem interfecerit,eum excuſari, & ad defenſionis caſum pertinere,quidam periculosè arbitrantur.gloſ. Ang.&DD.in l.2.C.ad l.Cor de ſic.Iure tamen ciuili,ſi in rixa percuſſus homo perierit. nec percuſſor indicari poſſit,tenentur omnes ciuiliter.Gloſſ.& Bar.in l.fi.ff.ad l.Cor.de ſic.imo in criminali iudicio torqueri poſſunt non tamen comdemnari capitali pæna, ſed leuiori. Felin. in c.ſignificaſti.16. de homicid. Gand.in trac.de homic.n.12. Decius in l.Fauorabiliores.n.6.de R.I. caſuale autem homicidiū punitur lege aquil.l.in l. Cor.ff ad l.Cor. de ſic.ciuiliter ad ceſſationis operarū; & medicationis ſumptum reharciendum.Exod.21. 19. ob culpam verò latam moribus ex l. diuina relegatur. Exod.21.13.Ios20.3.Num.15.& 35.22.Deut.15.5.

Culpa caret,qui ſcit,ſed prohibere nequit.

Qui prohibere nequit,quod ſcit,patrarier,ille
Haud dubiè culpam commeruiſſe nequit.

l.culpa.50.ff de R.I.Matth.22.verſ.37.Eccl.4.verſ.9.

Culpa eſt ſe immiſcere rei ad ſe nō pertinenti.

Haud fugiet culpam,qui curâ tractat inani
Quæ natura ſimul,quæ ſibi iura negant.

l.36.ff.de R.I.l.idem iuris §.mulionem.ff ad l.aquil.

Cuſtodia.

Ni reus exiſtat conuictus,claudere noli
Carcere,(a)*ſed ſerua,*(b)*fæmina tuta manet.*(c)

(a) l.ſi.C.de accuſ.l.7.ff.de cuſt.& exhib. reor.l. 1.ff. de confeſſ. (b) l.2.C. de exhib.reor.Auth.Hodie. C. eo. Sc.in cauſa ciuil.ob pudorem fœmin.

D

Damnum.

Damni dans cauſam, damnum feciſſe videtur: (a)
Hinc vtrique eadem pœna roganda venit. (b)

(a) l.qui occidit.§.pen.ff.ad l.aquil.l.nihil intereſt. ff. ad l.cor.de ſic.l.illicitas.ff.de offic.præſid.Bar.in l.ſi per alium.ff.nequis eum.to.ti.ff.de receptat. & C. de his, qui latron. per tot.c.de cætero.de homic.c.ſtudent.50. diſt. ſi ſc.cauſam propinquam dedit.d.c.de cæt.vbi cum quidam Diaconus ad homicidium perpetrandum conſilium,&opem dediſſet, in irregularitatem incurriſſe deciditur, ſecus eſt, quando cauſam remotam dedit. Vt not. gloſſ. in d.c.de cætero. (b) ſi ſimul eundem actum exercuerint.l.vulgaris ff. de fur.l.ita vulneratus.ff.ad l.aquil. l.ſi duo ff.Depoſit.c.prudentiam.de offic. ac poteſt.Iud. deleg.Hinc illud.

Conſulo, præcipio, conſentio, prouoco, laudo,
Non retego culpam, non punio, non reprehendo,
Protego, participoq; meum in caput iſta redundant.

Si ſc.ſum cauſa proxima, quia euentus tribuitur cauſæ proximæ, & immediatæ, quando à remota non dependet, quod eſt in mandante occidere. Vid. pœna mitigatur.

2. Vul-

2

Vulnera non patitur; ſi ius audire velimus,
Qui patitur telis vulnera facta ſuis.

l. quod quis ex culpa damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire. ff. de R. I. l. illud. ff de acquir. hær. l. 46. ff. de proc. l. 5 ff. ſiquis omiſſ. cau. l. ſi rem. l. ſi mancipium. ff. de euic. l. cum duobus. ff. pro ſoc. Volenti enim non fit iniuria. l. in diem. ff. de aq. plu. l. 1. ff. de iniur. c. Volenti. c. damnum. de R. I. in 6.

3

Illis, & merito natura iura reſiſtunt;
Alterius damno qui ſua lucra metunt.

l. iure naturæ æquum eſt, ff. de R. I. §. ſingulorum. Inſt. de rer. diuiſ. 2. Rom. verſ. 8. l. ſi quis. ff. de inſtit. act. Cic. 1. de off.

Debita.

Re nondum nata, vel fixo tempore nondum
Lapſo, iura negant debita poſſe peti.

l. nihil peti poteſt. ff. de R. I. l. ſi ita ſtipulatus l. ſi inſulam. l. exiſtimo. ff. de V. O. Si ſtipulationis dies ſit nominatim adiecta, ſiue tacitè inſit, obligatio quidem naſcitur, & incipit ſtatim, ſed non actio l. 14 l. interdum. ff. de V. O. quæ aliàs exceptione plus tempore petitionis elideretur. l. eum qui. ff. de annu. lega. l. 2. ff. de eo, quod cer. loc.

De Decimis.

Laicus habet Decimas de conſuetudine tantum,
Iure tamen Decimas laicus habere poteſt.

c. ad

Digitized by Google

c ad hæc.ex.de decim. Nec poteſt laicus decimas in alium laicum transferre,etiamſi illas cum titulo poſſideat.c.prohibeamus.ex. eo. Permittitur etiam laicis, vt Decimas in feudum ab Eccleſijs hæreditare poſſint, dummodo ante Concil. Lateran. acquiſiuerunt,vel vltra hominum memoriam in feudum tenuerint. Abb. in c. cum Apoſtolica.ex.de his,quæ fiunt à prælat.

De iur. Can. ius decimandi non poteſt concedi laico iure hæreditario,niſi à ſolo Papa,qui ad longum tempus concedere poteſt. Abb.in d.c.ad hæc. ex.de decim.

De iur. Can. Decimæ à laicis præſcribi non poſſunt.c. cauſa.de præſcrip. Et ſimplex detentio etiam per tempus,de cuius initio non extat memoria,non habet vim tituli quoad laicos. Abb.in dic.c.cum Apoſt.

De iure Can.non valet conſuetudo , vt Decimæ non ſoluantur,niſi à S.Pontifice ſpiritualiter ſit approbata.

Si Laico Decimæ in feudum datæ ſunt,tunc non comprehenduntur Decimæ noualium.c.1 ex.de Decim.

De iure. Can. Decimæ ſoluendæ ſunt de omnibus fructibus terrarum,arborum, animalium, piſcatorum, penſione molendinorum, & venationum.

Prius ſunt ſoluendæ Decimæ,quæ cenſus,& tributa.

Decimator poteſt Decimas à venditore fundi exigere:nam Decimæ ſunt onus reale,quod fundum ſequitur nam & fundus tacitè eſt obligatus pro decimis nō ſolutis. Eſt tamen in poteſtate eius,cui Decimæ debentur,an eas à primo fundi poſſeſſore,an verò à ſecundo exigere velit. Abb.in c,paſtoralis.ex.eo.

Laici de iure tenentur etiam de hortis ipſorum dare Decimas: Secus autem de religioſis , qui de hortis ſuis non tenentur de iure Decimas dare , dum proprios ad vſus colant hortos: aliàs enim poſſent machinari fraudem reducendo prædia ad hortus.

De iure Decimæ portandæ ſunt ad horreum Eccleſiæ ab ijs,qui ad decimas tenentur,proprijs Expenſis.

Rector.

Digitized by Google

Rector Eccleſiæ, cui ius decimandi competit, poteſt prohibere Colono, ne fructus colligat, niſi ipſo præſente, vel eius Nuncio.

Licet de iur. Can. cauſæ Decimarum ad forum Eccleſiaſticum ſpectent, Hoc tamen procedit tantum, ſi quæſtio Iuris eſt, puta an debeantur Decimæ, nec ne, ſecus ſi facti quæſtio eſt, tunc enim Iudex ſecularis cognoſcere poteſt. Idem cum de meris, fructibus Decimarum agitur, talis enim etiam cauſa nō habētur pro ſpirituali. In cauſa decimarum procedi poteſt ſimpliter & de plano abſque iudiciorum ſtrepitu, & figura.

Decretum.

Actio Decretum tunc debet habere ſecundum,
Cum perſonalis, (a) *quando realis erit,*
Tunc fit agens Dominus poſt annum, vt iure iubetur, (b)
Si Reus interea venerit, acta ruunt. (c)

(a) l. ſi finita. § Iulianus ff de dam. infec. Gloſſ. ibid. ſpec. de 2 Decr. (b) c. 1. de eo, qui mittit in poſ. c. quoniam § fi. ex. vt lit. non conteſt. Soci n. in d. c. quoniam. n. 45 paſtoralis. de off. ordinan. l. 2. C. vbi in rem act. (c) l. ſi quis. § pen. C. de præſcrip. 30. an. Auth. Et qui iurat. C. de bon. Auth. iud. poſſ. Et licet in actionibus realib. ſecundo Dec. opus non ſit, tamen ad maiorem cautelam peti poteſt. d. c. quoniam. Si vnus ex creditoribus in poſſeſſionem mittatur ex primo Decreto, eius miſſio prodeſt omnibus alijs Creditoribus præſentibus & intra biennium venientibus & debitum oſtendentibus. Item abſentibus ſi veniant intra quadriennium.

De iure communi non poteſt interponi 2. Decretum, niſi reus fuerit ſpecialiter ad hoc citatus. Auth. iubemus. C. de iud. In realib. miſſio in poſſeſſionem fieri debet

debet contra contumacem pro modo debiti, Auth. ei qui. C. de bon. Auth. iud. poſſ. & in rebus petitis. d. c. quoniam. In Oeſterreich aber iſt in dem anſatz ex primo Decr. dieſer vnderſchidt/ wann die klag nit ligende güter/ ſonder ein Perſohnlichen ſpruch belangt/ vnd daß die anforderung vnder 50. gülden iſt/ ſo mag ſich der kläger 4 mahl ſo hoch/ wo aber die anforderung über 50. gülden wehrt/ alsdan 3 mahl ſo hoch auff des vngehorſ. güter anſetzen laſſen/ wie i ā die Käyſ. Generalia ſolches vermögen. Quam tamen poſſeſſionem recuperat reus, ſi intra annum veniens cautionem præſtet Iudicio ſiſti, & offerat ſatisfactionē expenſarum. vbi autem lis conteſtata eſt, Reo contumaciter abſente, Iudex ex ijs, quæ probata ſunt, vel adhuc probari poſſunt ab actore præsēte, poteſt poſt 3. citationes interuallo triū dierum Iudicialium ad definitiuam procedere vel condemnando, vel abſoluendo reum, aut ſi minus probatū fuerit, poſſeſſionem actori adiudicando, ſalua reo proprietatis quæſtione, nec reus tunc intra annum reuerſus auditur. l. properandum. C. de iud.

Sin actor lite cont. contumax ſit, iiſque ad finem triennij (quod peragendo iudicio ciuili à legibus conſtitutum eſt) extracta, cauſaque liquida fuerit, ſimiliter Iudex ad ſententiā definit. procedit, etiam in fauorem actoris abſentis, ſi eum meliorem cauſam fouere viderit, alioqui reum abſoluit ab obſeruatione iudicij, actore in expenſas condemnato. In Camera Imp. trib. modis proceditur contra reum contumacem, vel ad pænam Banni, vel ad miſſionem bonorum, vel in principali cauſa vſque ad ſententiam definitiuam. Rod. de I. Cam.

Defunctorum ſtatus.

Quis ſit defunctus poſt annos quærere qui nos
Deſine: Nam ſtatus eſt morte ſepultus humo.

C. ne de ſtat. defunc. poſt quinquen. per tot.

DE

DE
Delictis.

Naſcitur ex omni Delicto (a) *læſio duplex:* (b)
Vnde Magiſtratus, pars quoque læſa venit.

(a) l.6.ff de iniur ſiue ſit priuatum, In quo priuato iniuria infertur.lelocato.ff.de publican.l fi ff. de priua. delic. ſiue publicum, quod ex legibus publicorum Iudiciorum venit.l.1 ff.de pub.iud. ſiue Ordinarium, cui certa pæna, ac forma præſtituta eſt.l.fi ff.de priua. delic.ſiue Extraord. (b) l.5.ff de vi pub.

Depoſitum.

Mutua, Depoſitum, comodatum Re celebrantur:
Et ſi conſenſus prorſus adeſſe ſolet.

l.1.§.22.l.lucius.ff.depoſiti.l.1.ff.de oblig.& ac.Emptio, locatio, ſocietas, mandatum ſolo conſenſu etiam re non præſente contrahuntur.Inſt.de oblig ex conſen.per to.ſi res commodata fuerit commodatario ſurrepta, Dominus habet electionem, vtrū velit agere contra furem actione furti, an contra commodatarium commodati, & vno Electo alius liberatur.Inſt.de oblig. quæ ex delic.naſc.

Depoſitum duplex.

Depoſitum duplex ſolet eſſe, Neceſſe, Voluntas.
Continet hoc ſimplum, continet idque duplum.

l.1.§.1.ff.depoſiti.§ omnes.& § in duplum. Inſt. de act.l.quod tumultus.ff dipoſ.&ff.de incend.ruin.naufr. per tot qui autem ex incendio ſurripit, intra annum in quadruplum, poſt annum tenetur in ſimplum, & poteſt criminaliter conueniri.l.18.C.de fur.

Depo-

Digitized by Google

Depoſitum Domino cum fure concurrenti reſtitui debet.

Depoſitum Domino, non debes reddere furi:
Furis enim cauſa eſt poſterior Domini.

c. in literis. ex. de reſtitut. ſpoliat.

Dilationes 3. Reo, Actori 2. dantur.

Trina Reo, actori dilatio bina petatur. (a)
Iudicis hoc ſpacium linquitur arbitrio. (b)

(a) in cauſa crim. l. fi. ff. de fer. & dilat. l. ad peremptorium. ff. de iud. In pecuniaria vna tantū datur. (b) DD. in l. 1. C. de dilat. & in c. 1. ex. eo. Hoſtien. de dilat. n. 7. Marant. n. 15.

Dilatio 20. dier. danda eſt à tempore porrecti Libelli.

Differ viginti porrectis acta libellis.
Vt Reus interea deliberare queat.

l. vn. C. de lit. cont. fit autem litis conteſtatio per petitionem in iure, id eſt, iudicio propoſitam, & reſponſionem ſubſecutam animo confligendi, vulgò Kriegsbeueſtigung. Vnde per nudam narrationem facti, & reſponſionem litis conteſtatio non inducitur, nec peremptoria Exceptio oppoſita à reo. Peremp. etiam exceptio non impedit litis conteſtationem, quia ea non obſtante lis Conteſtanda erit; præterquam ſi ſit exceptio litis finitæ, puta, rei iudicatæ, tranſactionis, iuriſiurandi, quæ ante lit. conteſt. cognoſcenda eſt. Litis conteſtatio in Extraordinarijs Iudicijs, non requiritur.

Dolus.

Digitized by Google

Dolus.

Si dolus eſt cauſans contractum, frangit eundem,
Solus at inciduus nil releuare poteſt

l. & eleganter. ff de dol. mal. l. ſi dolo. l. dolus. cum l. ſeq. C. de reſcind. vend. idque procedit, ſi contractus eſt bonæ fidei: In huiuſmodi enim exigitur, vt ceſſet dolus ad eorum eſſentiam, aliàs contractus eſt ipſo iure nullus. Gloſſ. in l. bonam fidem. C. de ac. & oblig. Sed in contractibus ſtricti iuris dolus dans cauſam contractui non vitiat ipſo iure, ſed ex eo datur Exceptio. Myuſing. in §. actionum. Inſt. de act. n. 13.

2

Non tantum dolus eſt actu deludere quenquam,
Velle, ſed & dolus eſt, mox redhibenda dari:

l. 133. §. dolo facit. ff. de R. I. l. 8. ff de dol. excep. Dyn. in c. dolo facit. de R. I. in 6.

Donatio inter viuos.

Vltra quingentos ſolidos Donatio viua
Inſinuanda venit (a) *Ni pia cauſa foret* (b)

(a) l. in donationibus C. de donat. l. data. C. eo. §. 3. Inſt. eo. (b) vt ſi in redemptionem captiuorum, vel in refectionem ædium, vel à principe priuato, vel contra, vel à Tribunis fiat militibus: Nam his caſibus Donatio cuiuſcunque quãtitatis inſinuatione non eget l. 36. C. eo. Donare non omnibus permiſſum eſt, niſi rerum ſuarum Domini ſint. Non enim minoribus 25. annis, non coniugibus inter ſe, (quia Donatio inter virum, & vxorem nõ valet. l. 2. & 3. ff. de don. int. vir. & vx. Fallit in Donatione mortis cauſa, quia talis valet, & tenet. l. ſed interim.

ff. eo.

Digitized by Google

ff.eo. Item fallit, quando mulier donat Marito ad aliquem honorem,& dignitatem conſequendam.l. quod adipiſcendæ.ff.eo. Fallit etiam quando Imperator, aut Rex donat Imperatrici,vel Reginæ,& è contra. l. pen. C. eo. Et quando Donator ob talem Donationē pauperior non efficitur. Nauar. in Man. c. 17.n.140.vel Donatio à principio non valet,ſed ſi non reuocetur, morte confirmatur.l.donatione. C de don.int.Vir.& Vx) neque inuicem parentibus & liberis in poteſtate eorum conſtitutis, quiuis his 2. poſtremis Caſibus Donatio morte Donatoris conualeſcat,imo & Donatio parentis in filium confirmatur.l.2.C.quis alteri,vel ſibi. Et cum nemo plus iuris in aliū transferre poſſit,q̄ ipſe habet recté ſequitur prælatos Eccleſiarū rē Eccleſiæ alteri donare nō poſſe. Caniſ. eo. Donatio etſi teſtibus non egeat. d.l.in donationibus. Nec pænitentiā admittat.l.3.C. de reuoc.don. imo ne principis quidem Reſcripto retractari poſſit. Iure tamen obtinet, ſi Donatarius ingratus fuerit in Donatorem ſuum,ſc.impias manus,atroces iniurias,vel graue damnum ipſi inferendo.l.1.l. pen.l.fi. Auth.quod Mater.C.eo. Natiuitate liberorum.l.ſi vnquam C.eo.ſententia capitis.l. poſt contractum. C.eo.

Donatio mortis cauſa.

Quinq; dabis teſtes,(a) *ſi ſit Donatio mortis*
Facta, nec inſinua:(b) *Codicis inſtar habe.*(c)

(a) l.fi & to ti.C.ff.& Inſt.de mor. Cau.don. Hæc Donatio fit ob ſolam ſuſpicionem mortis imminentis, etiam ab eo,qui alioquin firmæ valetudinis eſt,eiuſque effectus poſt mortem Donatoris confertur inſtar Legati, cui comparatur.l.marcellus.ff.eo.

(b) d.l.fi. Schurff. conſ.6.& 46.cen.1.(c) ſc. quoad effectum: nam origine rationem contractus habet,& legatis

tis comparatur,quæ ſemper reuocari poſſunt , etiamſi aliter cautum ſit.l.Diui.ff.de iur.Cod.ſiquis. ff.de leg. 3.Donatio etiam propter nup.ſi legitimum modum excedat,debet inſinuari.l.31.C.de iur.dot.

Donatio mor.Can.reuocatur 3.Caſibus.1.Si Donator conualuerit.2 Si Donatarius ante Donatorem deceſſerit.3.ſi donatorem pænituerit donationis.Inſt.ff.C.hic. In contractibus quoque Innominatis eſt locus pænitentiæ.l.ſi pecuniam. ff.de condic.Cau. dat. Excepto in tranſactione,quæ licet ſit contractus Innominatus, non datur tamen locus pœnitentiæ.l.ſiue apud acta. C.de tranſac.

Donatio Dotis fit marito ab Vxore,vel huius nomine à parente,vel ab alio pro ſuſtinendis oneribus matrimonij, vnde conſtante Matrimonio repeti non poteſt, niſi maritus facultatibus ſuis labatur, aut bona ſua fiſco inferantur.

Donatio propter nup.è contra inſtituitur mulieri à marito,vel alio eius nomine reſpectu dotis, remuneratoria in vicem præſtiti officij,ideoque irreuocabilus eſt. l.vn.C.de rei Vx. ac Dos ad mulierem , & Donatio propter nup.ſoluto matrimonio redit ad maritum,niſi de conſuetudine aliter obtineat,aut pactum de lucranda dote,vel Donatione propter nupt. quod vtrimque æquale eſt,interceſſerit.c.fi.ex.de don.int.vir.

Donari omnia nequeunt.

Omnia donari poſſunt,ſed deme futura,
Vt teſtamentum condier inde queat.

Bar.& DD.in l.fi.C.de pac.& in l.Stipulatio. ff. de V.O.l.licet.C.de pac.Hinc Pactum de futura ſucceſſione eſt nullum.l.2.C.de inut.ſtipulat.

C Domi-

Dominium.

Quicquid plantatur, ſeritur, vel inædificatur,
Omne ſolo cedit, radices ſi tamen egit.

l. pactum §. cum in ſuo ſoli. C. de rei vendic. l. Pomponius. ff. eo. l. 7. & 9. ff. de acq. rer. dom. §. ſi quis in alieno. Inſt. de rer. diuiſ. l. ſicui ædes. ff de leg. 3.

Dos.

Mortua cum fuerit Mulier, Vincloue ſoluta,
Si liberi, dotem vir retinere poteſt. (a)
Si ſecus eſt, intra, fuerit ſi immobilis, annum (b)
Mobilis at ſtatim reſtituenda venit. (c)

(a) l. cum quærebatur. ff. de V. ſig. DD. in l. dos à patre. C. ſolut. matrim. l. lucius. l. cum mulier. ff eo. (b) l. vn. C. de rei Vx. act. (c) l. 2. ff. ſol. matr. l. 2. ff. de dote præleg. d. l. vn. C. de rei Vx. ac. Non tamen fructus: hi enim conſtante Matrimonio ad maritum ſpectant. l. 20. C. de iur. dot. Vid Nou. 39. De reſtit. dot. alium rer. & don. ante nup. pertinentium, Item de ea, quæ XI. men. poſt obit. marit. parit. Veſtes tamen Mariti, ſi viles ſunt, remanent vxori: ſi precioſæ, tunc de iure Communi cedunt hæredibus Mariti. Bar. in l. Vnica. C. de rei Vx act. Pupilli de iure communi apud Matrem educari debent niſi ad 2. nuptias conuolauerit, quia tunc in Iudicis Arbitrio eſt perſonam conſtituere, vbi educari debeant. to. tit. ff. Vbi pup. educ. deb. & C. eo.

Ebri.

Digitized by Google

E

Ebrius.

Ebrius occidens hominem, (a) furioſus, & infans, (b) A pœnâ immunes Corneliâ eſſe ſolent.

(a) c. Sane, & c. inebriauerunt. 17. q. 1. l 3. C. ad l. Cor. de ſic. procedit quoad delictum commiſſum per ebrietatem, punitur tamen de ebrietate ipſa, ſi eſt magna ebrietas, qui mentem aufert, parua non item excuſat. l. omne delictum per vinum. ff. de re mil. d. c. inebr. & ita ſeruatur. Quidam contra putant, quod etſi in ebrio dolus abeſt, d. l. omne. & l. vn. C. ſiquis Imp. maledix. tamen per culpam adeſt. Vnde quia opera datur rei illicitæ, caſus ſubſequens excuſare non videtur. Panorm. in c. continebatur. de homicid. Pittacus duplici pœna ebrium afficiendum putabat, quod delictum delicto cumulaſſet. Ariſt. in polit. (b) cum alterum innocentia conſilij, alterum fati infœlicitas excuſet. l. infans. ff. ad l. Cor. de ſic. l. infantem. l. ſi infanti. C. de iur. delib. c. 1. de deſpon. impub. l. diuus. ff. de offic. præſid. Sed furor cum non præſumatur. c. ſi- de ſucceſſ. ab inteſt. l. filium. ff. de acq. hær. Sed probandus erit. l. quidam. ff. de condit. inſtit. Pubertati tamen proximi: (id eſt, Ein knab von 10. vnd ein halb. Vnd ein Mägd. von 9. vnd ein halb / Impubes ein Jüngling vnder 14. vnd Mägdl. vnder 12. jahren / plena pubertas 18. annos, complectitur. l. arrogatio. ff. de adop.) qui nondum decimum annum egreſſi ſunt, non aliter puniuntur, quam ſi doli capaces exiſtant. Gand. de pæn. n. 40. Et ne tunc quidem, quamuis capitaliter deliquerint, vltimo ſupplicio, ſed mitius, ſc) exilio. l. vn. C. de falſ. Ord. Imp. c. 178. ſunt coercendi

Digitized by Google

cendi. Nam in ſupplicijs nunquam habetur Impubes pro doli capace. Iaſ. in Auth Sacramenta. n. 15. C. ſi adverſ. vend. Iure Sax. pro homicidio caſuali etiã ab impubere doli capace commiſſo agnatis occiſi VVerigeldium (24. aur.) Magiſtratui autẽ mulcta 60. ſolidorum minorum debetur Fachs. diff. 64. per ar. 65. vol. 2. Addo quod Fides in Vinolentia data non obligat. c. vnuſquiſque 22. q. 4. c. ſane. 15. q. 1.

Edictum D. Adriani.

Da quadraginta ſolidos quid in Vrbe ſepulchrans (a)
Diuus in Edicto ſic Adrianus habet. (b)

(a) Inter actorem, & fiſcum diuidendos. l. lege. §. fi. ff. de SC. Syllan. (b) l. 3. §. diuus. ff. de ſepulch. viol. Edictum Carbonianum. Gebott/daß man Haab / vnd güter dem Erben/ehe dan er geboren/nicht ſoll vbergeben Epiſtolæ D. Adriani Exceptio. Außzug/ſo viel bürgen ſeindt/ daß ein jeder für ſein Antheil angeklagt werden ſolle. Edictũ ſucceſſorium. Befehl der Obrigkeit wegen eintrettung in Haab/vnd güter.

Edictum Ædilitium.

Sunt Ædilitij edicti duo membra vetuſta,
De pecude & ſeruo, ſi noxia ſint, redhibendis:
Enecat hinc animal ſolidos præſtato ducentos,
Pro quibus aut Redhibe, vel quanti ſolue minoris:

l. 1. l. ædiles. l. hi enim. ff de ædil. Edic. §. fi. Inſt. ſi quadrup. paup. feciſſ. dic. Cic. lib. 3. de ll. Adeo ſi quis animalia fera, vbi vulgò iter fit, habuerit, & hominem occiderint, in 100. aureis condemnabitur, ſi nocuerint, quantum Iudici videtur. Cæterarum autem rerum, quantum damni datum ſit, in duplum Dominus condemnabitur.

l. 40.

l.40.ff.de ædil Edic. Ædilitium Edictum vulgò dicitur, ein Gebott der Römiſchen Bauvögt. Redhibitio. Zuſtellung deß jenigen/ſo jemandt wider Kauffsgebrauch / vnnd recht an ſich erkauff hat.

Editio.

Inſtrumenta Reus nunquam præſtabit agenti,
Fundet vt intentum, aſt vt replicare queat.

l.1.&l.qui accuſare.C.de eden.l 1 C.de prob.c.1. ex eo.nimis enim graue eſſet,quod arma ſumantur de domo aduerſarij.l. nimis graue,C.de teſt.cum nemo ſeipſum prodere teneatur.§.item illud. de pœnit. diſt. 1. ſecus tamen eſt,ſi iuſta cauſa intercedit. d. l.1.Vel niſi actor priuilegiatus ſit,vt l.nequiſquam. ff.de eden. vbi fiſco agente tenetur reus edere propria Inſtrumenta etiam ad fundandam intentionem fiſci. Vel niſi præſumptio,aut ſuſpicio contra reum ſit , quia tali caſu onus probandi transfertur in reum,c.vt noſtrum, & ibi gloſſ. ex.vt Eccleſ. benefi. ſine dimin. conf. Tamen ad fundandam exceptionem reus tenetur edere , excipiendo enim fit actor.l.1. ff.de excep. E contra Actor tenetur ſemper edere reo.l.fi.C.de eden.

Emphyteuſis.

Binis,vel ternis Canonem niſi ſolueris annis,
Emphyteoſis abit,temere ſi vendita res ſit,
Nec Domino conſtet,nec ſit dilata bimeſtri.

Binis in reb.ſpirit.c.potuit.de locat.l.2. ff.ſi ager vectigal.l.fi.C de iure Emph. Ager vectigalis. Ein Zinßbahrer grundt vnd boden. Ager Emphyteuticus. Erbgrundt zum ewigen beſtandt. Si Dominus requiſitus neque ipſe emere.neque venditioni vult conſentire,ſpacio 2. menſium Emphyteota vendat,cui vult.l.2.C.eo

Emphyteuta quando non teneatur ad Canonem,

Res perijt tota, tunc nil dabit Emphyteota,
Si pro parte perit, non ita liber erit.

Inſt. de loc. & cond. §. præterea. l. 1. vbi Iaſ. n. 29. & 77. C. de iur. Emphy. ſpec. de Emphy. n. 157. 158. & 161. In bonis Emphyteoticis competit Emphyteotæ non directum, ſed vtile dominium. l. 1. ff. ſi ager vect. Emphyteoſis poteſt dari vel in perpetum, hoc eſt, iure hæreditario, vel ad certos annos, vel ad certam generationem, & talis Emphyteoſis in perpetuum data etiam de iur. ciuil. dicitur hæreditaria. c. ad aures, ex. de reb. Eccl. alien. vel non.

Vaſallus non poteſt ſine conſenſu Domini feudum ſuum alij in Emphiteoſin dare. Bald. in c. 1. de prohib. feud.

Emphyteota etiam de iure communi poteſt rem Emphyteoticam alij in Empyteoſim dare, etiam ſine conſenſu Domini directi, & ſecundus Emphyteota tenetur penſionem non Directo, Domino, ſed primo Emphyteotæ ſoluere.

De iure communi ad ſubſtantiam contractus Emphyteotici requiritur Scriptura. l. 1. C. de iur. Emphy.

De iure com. Dominus non poteſt eſſe Iudex in cauſa vertente inter Emphyteotas, ſed cauſa ad Iudicem Ordinarium remitti debet. nemo enim Iudex in propria cauſa eſſe poteſt. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. om. iud. l. Iulianus. ff. de iud.

Dominis non poteſt cenſum rei Emphyteoticæ impoſitum augere. l. 1. C de iur. Emphy.

Emphyteota tenetur penſionem Domino in domum perferre, etiam Domino non exigente. l. 2. C. eo. ſi Dominus & Emphyteota ſint eiuſdem fori, proprijs expẽſis,

idque

idque intra triennium, aliàs expelli poteſt ex fundo Emphy.d l.2.non tamen priuatur ipſo iure Emphyteoſi propter penſionem non ſolutam,ſed per ſententiam Iudicis.Bar.in d.l.2. quanquam Hoſtienſis teneat contrarium in c potuit.de locat.

Emphyteota, qui Penſionem pro parte ſoluit, non excuſatur, quia ſolutio partis non excuſat à pœna. l in Executione.ff de V.O.Si tamen ex paupertate ceſſauerit,& paratus eſt ſoluere,non poteſt priuari, idem eſt,ſi per errorem non ſoluerit.Emphyteota ſi cadat ab Emphyteoſi propter canonem non ſolutum, perdit omnia melioramenta.d.l 2.Et ſi Dominus dicat, penſionem ſibi ſolutam non eſſe,tunc Emphyteotæ incumbit onus probandi ſolutionem factam eſſe.

De iure communi non fit Remiſſio penſionis propter ſterilitatem, ſondern iſt der Zinßman gleichwol ſeinem Grundth.den grundtdienſt zuuerrichten ſchuldig / niſi in aliquot Caſibus,ſc cum Emphyteota non tantum percipit ex fructib. quantum ad penſionem ſoluendam ſatis eſt,aut ſi ab initio magna pecuniæ ſumma Domino pro re Emphyteotica ſit data.Emphyt.quoque tenetur de bonis Emphyteoticis ad publicas functiones, oder Landtſteuren.Cum res Emphyteotica peruenit ad Eccleſiam,vel Hoſpitale,Dominus damnificatur in iuribus ſuis,quia cum Eccleſiæ, & pia loca bona ſua alienare non poſſunt,euenit,vt Dominus laudemio ſuo in poſterum priuetur.Eccleſia etiam tenetur Emphyteoſim legatam intra annum vendere, & precium recipere. Sed contra hanc conſuetud. Auſtriæ eſt tex.in c.1.de immunit.Eccleſ.lib.6.

De iure communi non poteſt dari ſecundum Decretum in bonis Emphyteoticis pro debito Emphyteotæ, niſi quoad cõmoditatem.Bar.Nouus Emphyteuta, qui ſub priori Inueſtitura non eſt comprehenſus, tenetur renouationem Inueſtituræ petere.d.c.potuit.ex.de loc. ſi

ſi Emphyteoſis duobus eſt conceſſa, Sc. Titio & Caio, & cuilibet eorum in ſolidum, tunc vno ipſorum mortuo, alter non tenetur Renouationem Inueſtituræ petere. Vid. Laudemium.

Emptio.

Conſenſu, (a) *rebus,* (b) *cum Nummis* (c) *Emptio conſtat*

Sit precium certum, (d) *Celebrantis ab ore remotum* (e)

(a) l cōtractus. C. de fid Inſtrū. l. in venditionib. ff. de contrah. empt. Emptio enim & venditio tunc contrahitur ſimul atque de precio conuentum eſt, etiāſi precium nondum numeratum, & res nondum tradita ſit. Inſt de Emp. per to (b) l. nec emptio. l. ſi iactum. ff. de contrah. emp. (c) l. 1 & 2. ff. eo. (d) precium enim in numerata pecunia conſiſtere dicitur, & iuſtum eſſe debet, alioqui læſus vltra dimidium iuſti precij agere poteſt. vt vel contractus reſcindatur, vel quod iuſto precio deeſt, ſuppleatur. c. 3 ex. de emp. & l. 2. C. de reſcin. vend Idem trahitur ad reliquos contractus bonæ fidei ob eandem æquitatem. Imo & ad contractus ſtricti iuris accommodat Pinell. par. 1. Excipe Tranſactionem propter textum in l. Lucius. 78. § fi. ff. ad SC. Trebell.

Intellige de læſione non quæ dolo Aduerſarij ſed quæ ex ipſe re prouenit. l. 35. ff. de V. O. Et licet res aliena vendi non poſſit ad eum effectum, vt in emptorem Dominium traneat. l. 1. l. 6. C. de reb. alien. non alienan. tamen eatenus valet venditio, vt ſi res per verum Dominum euicta fuerit, Emptori ſuccurratur in id, quod ſua intereſt. l. 8 ff. de euic. Niſi forte Emptor pqſt inſtitutum contra ſe iudicium omiſerit denunciare venditori vt rem venditam defenderet: aut ſi propter abſentiam ſuam, ſiue per iniuriam Iudicis Emptor condem-

demnatus ſit: Nam his caſibus venditor Euictionis nomine non tenetur.c.fi.ex.de emp. Si emptor precium non ſoluat, non poteſt ab eo res tradita vendicari, ſed ad precium eſt agendum.l.1. C.de act. Empti. (e) l. in vendentis C.eo.l.hæc venditio.l.quod ſæpe.ff. eo.quia nullus contractus vltro citroque obligatorius poteſt conferri in voluntatem, vel arbitrium alicuius ex contrahentibus.l.13.C.de contrah.emp.

2

Emptio contrahitur cum pactis ſæpe duobus,
Plus, vt triginta ſit res addicta diebus,
Qui tulit: (a) aut preciū niſi tēpore des, ſit inempta. (b)

(a) l.4.C.de fid.inſtrum.& iure Haſt. fiſcal.l.1. ff. de in diem addic.(b) l.4 ff de lege commiſſ.l. ſi hominem. ff.de Vſucap.Similiter valet pactum, vt res ad venditorem reuertatur, ſi reſiduum intra certum tempus non ſoluatur,& exempto habet actionem,non rei vendicationem.l.1. C.de pac. pig. & de lege commiſſ. Emptio quoque, & vēditio ſub cōditione contrahi poſſunt,putà.Emo equum tuum,ſi placuerit mihi intra menſem. §.Emptio.Inſt.de Emp.& Vend. Nec obſtat regula Iur. Actus legitimi non recipiunt conditionem, neque diē. l.actus legitimi.ff.de R.I.c.actus.de R.I.in 6.c.biduū.ſ. q 6.c.fi.de condit.appoſ. Quia id procedit in actib. legit.qui non ſunt contractus,ſed quaſi,vt in d.c.biduum, vbi ſententia non debet ferri ſub conditione. & in d. c. fi.Vbi matrimonium non contrahitur in diem, neque ſub conditione : Fallit in actib. legit. qui ſunt contractus.

3

Quando per auerſum ſine guſtu vina trahuntur:
Protinus emptori ſtare pericla ſolent;

Digitized by Google

l.4.§.1.l.ſi vina.ff.de peric.& commo.rei vend. Cum autem vinum ad menſuram, & non per auerſionem, oder Haupt: ſondern ſtuckweiß verkaufft wird / antequam menſuretur, periculum mutati vini pertinet ad venditorem.l.2.C.eo.

4

Alterius nummis res empta manebit ementis,
Exponens nummos dona regreſſus habet.

ff.de contrah.emp.& vend. & ff. de pac.int. emp. & ven.per to.

5

Venditor hunc recipit, ſi morbidus eſſet aſellus (a)
Emptor at vt reddas empta ſemeſtre datur. (b)

(a) vel equus, aut aliud animal.l.ſciendũ §.fi.ff.de ædil. Edict. (b) l.cum 6 menſes.l.ædiles.ff.eo. Hinc ſi animal tibi vendo, de vitijs eius cauere debeo. l. itaque. & l. ſi venditor.ff de ædil.Edic.l.2.C.de ædil.act.

6

Poſt vbi depretio conuenerit, emptio conſtat. (a)
Tradita ſit niſi res, non erit emptor Herus. (b)

(a) l.1.l.neceſſario.ff.de peric.& com.reci. vend. l. ſi ex legati.ff.de V.O.(b) l.2.& 3.ff.de act.Empt. l. ſi præter.C.eo.Inſt.de emp.& vend.

Error.

Error communis ius efficit, vt manifeſtat:
Teſtificans ſeruus, qui liber creditur eſſe.

l. barbarius. ff. de off. prætor. l. 3. ff. de ſuppel. leg. c. Veruntamen. 3. q. 7. §. Sed cum aliquos. Inſt. de teſtam. ord. Et ſi enim nihil ſit tam contrarium conſenſui, quã error. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iud. Si error eſt excuſabilis. vt in d. ſi Secus eſt, quando error inexcuſabilis eſt. l. qui. §. ſi iniuria. ff. de iniur. Vbi ſiquis putans me Lucium eſſe, cum ſim Caius, iniuriam mihi fecerit, iniuriarum actionem habeo, quia talis error inexcuſabilis eſt. Error tamen Aduocati vſque ad ſententiam reuocari poteſt, etiam in cauſa appellationis. l. 3. C. de error. ad.

2

Rebus in ambiguis ſi captio ſurgit vtrimq;,
Elige cui minimum poſſit ineſſe mali.

l. quotiens. 200. ff. de R. I. quia ſi ita dubiè Cothurno ſimiles proferantur, vt in quamcunque inclines partem, captio hoc eſt, damnum in te redundare videatur, conſilium ſuggerit IC. vt eam partem ſequamur, quæ minus iniquitatis continet. Veluti ſi apud te rem aliquam depoſuit, quam Dominus ſimul, & prædo repetit, quid hic faciendum? Ab vtraque enim parte captio adeſt, ab altera calumnia, quia fidem fallere graue eſt. l. 1. ff de Conſtit. pec. Ab altera obſtat Reg. Damni dans cauſam &c. l. qui occidit. ff. ad l. aquil. Deciditur in l. bona fides. ff. Depoſ.

Error Iuris.

Damnis vitandis Iuris nil officit error,
Lucris captandis ſæpe nocere ſolet.

l. iuris. l. error. l. regula. ff. de iur. & fac. ign. Ignorantia tamen Iuris neminem excuſat. l. iuris ignorantiam. C. qui admitti. l. 1. ff. de iur. & fac. ig. procedit regulariter; fallit autem in perſonis priuilegiatis, prout in minore;

Digitized by Google

nore,ruſtico, mulieribus, in caſibus tamen à iure tantum expreſſis. Bald. in l. cum allegas. col 4 de Vſur. & in fauorabilibus tamen, in iiſque, vbi ius obſcurum eſt, ſecus vbi clarum eſt. Nauarr. in Man. c. 16. n. 42. Ludou. de Beia in res. caſ. conſcien. caſ. 22. Quia Ius, finitum eſt, certisque regulis concluditur, vt ignorari non debeat. l. 16. C. de iur. & fac. ig. Facta verò cum infinita ſint. Ignorantia facti excuſat. l genero. ff. de his qui not. infam. l. ff de iur. & fac. ig. l generali. C. de tabell. lib. 10. Procedit in ignorãtia facti alieni: Secus autem eſt in ignorantia facti proprij, quia talis non excuſat, niſi ex iuſta, & probabili cauſa. l. ſed ſi putem. ff de cond. indeb. l. quanquam. ff. ad SC. Vell. Ignorantia facti triplex eſt. Publica, quando communiter omnes ignorant factum, & iſta excuſat, l. ſemper. ff. quod vi, aut clam. Priuata, ſed improbabilis, quia omnes ſciunt, & vnus ſe ignorare dicit, & iſta non excuſat. c. quanto. de præſump. Priuata probabilis. Quando omnes adhuc ſciunt, & vnus ignorat, quia fuit abſens, vel alia iuſta de cauſa, & iſta excuſat l. fi. ff. de decret. ab ord. fac. Facta quoq; nõ præſumuntur, ſed probantur. c. cũ in iure. de off. de leg. c. cũ Ioannes. de fid. inſtrum. niſi cauſa vrgens ſubſit, aliquid præſumendi, Abb. in c. in potentia. ex. de prob. Facta tamen infecta eſſe non poſſunt. l. in bello. ff. de cap. l. verum eſt. ff. de R. I. Niſi aliquid contra leges, vel bonos mores fiat, quia pro infecto habetur, l. non dubium. C. de legi. l. pacta. C. de pac. Paria enim ſunt, aliquid non fieri, vel illegitime fieri. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. Error tamen aduocati vſque ad ſententiam reuocari poteſt, etiam in cauſa appellationis. l. 3. C. de errore aduoc.

Euictio.

Emptor maturè, ſi res euicta, reuelet. (a)
Poſſit vt auxilium nanciſci, ſiue regreſſum. (b)

(a) l. Vn

(a) Bar in l. concubinam. §. ſi hæres. ff. de leg. 3. & in auth. & conſequenter. C. de ſent. & interloc. Mynſing. obſ. 24. Mar. in ſpec. aur. canon in c. fi. de emp. (b) l. ſi rem. l. emptori. l. ſi fundo. l. Herennius ff. de Euic. l. 8. C. eo. c fi. de emp. & ven. Crauetta conſ. 83. n. 6. Qui tamen ſcienter emit rem alij obligatam, non agit de Euictione, niſi expreſſim ſeſe obligauerit l. ſi fundum. C. de euic. vulgò dicitur Euictio Wehrſchafft/ oder Scherm/ oder Renhtliche Einforderung deſſen/ ſo ein ander mit gutem titul hat/ vnd doch vnſer iſt.

2

Quicquid ſubducit nobis Euictio Iuris,
Excidit à noſtris proprietate bonis.

l. quod euincitur, in bonis non eſt. ff. de R. I. l. bonorum. ff. de V. S.

Exceptiones. Außreden.

Antea declinor, dilator, poſtq; peremptor: (a)
Litibus haud cœptis vltima ſæpe datur. (b)

(a) l. peremptorias. C. ſent. reſcind. non poſſ. l. 2. & 3. l. exceptiones. 7. ff. de excep. l. fi. C. eo. l. demum. C. de proc. (b) l. ſiquidem. C. de excep. c. 1. de lit. cont. obligatio tamen chirographi non num num. pec. intra biennium condicitur. l. 7. C. de non num. pec. Exceptiones autem ad elidendam, vel ſuſpendendam intentionem actoris inuentæ ſunt. Exceptiones in perſonam Iudicis competunt, aut quia incompetens eſt, aut quia ſuſpectus amicitia, vel inimicitia, & ſi illa exceptio incompetentiæ ante alias Exceptiones non opponatur, videtur in Iudicem conſentire; ſi autem ſimul cum alijs Dilatorijs opponatur, debet fieri cum proteſtatione. Idem eſt in Exceptionib. contra perſonas teſtium, ne

videatur tacitè renunciaſſe talib. Exceptionib. c ex parte, ex. de teſtib. Ex perſona Actoris variæ Exceptiones deducuntur: Si enim actor vel filiusfam. ſit, vel minor 25. annis, vel ſeruus, vel religioſus, vel excommunicatus, vel furioſus; vel mente captus, iuſtè refutatur à reo. Exceptiones perpetuæ & peremptoriæ dicuntur, quæ non ad tempus, ſed perpetuò agentibus obſtant, vt ſunt ſeqq.

Exceptio doli mali competit, vbi dolus aduerſarij interuenit, ideo introducta ne cui dolus proſit.

Exceptio autem doli boni agenti non nocet, vt in eo, qui dolo inductus eſt ad profeſſionem Monaſticæ vitæ.

Exceptio metus locum habet, vbi quis metu inductus eſt, l metum. §. Sed quod. ff. quod met. cauſ. Si eſt probabilis, & talis metus, qui cadit in conſtantem virum, vt eſt metus carceris. mortis, cruciatus corporis, ſtupri, ſeruitutis &c. l. iſti quidem. ff eo. Niſi culpa ſua quis inciderit in talem metum: Damnum enim, quod quis ſua culpa patitur, ſibi, non alijs imputare debet. c. damnum. d. R. I. in 6. Secus eſt, ſi improbabilis metus ſit, qui non cadit niſi in hominem puſillanimem, quia hic excuſat, nec vitiat contractum. c. dilectus de ijs, quæ vi, metuſve cau. fiunt.

Exceptio pacti conuenti perpetui illi datur, qui pactus eſt cum creditore, ne peterent, aut cum eo, cui faciendi ius eſt, ne faceret, itaque hæc Excep. contra rem certam pactione remiſſam obijcitur: Si de re dubia, liteque incerta tranſactum ſit dicitur Exceptio tranſactionis.

Exceptio Iuriſiur. tunc rectè opponitur, vbi quis deferente aduerſario ſuo iurauit, ſe nihil illi debere, aut rem controuerſam ſuam eſſe.

Exceptio præſcriptionis ex lapſu temporis ſumitur, vt triennij in mobilibus, & 10. vel. 20. an. in immobilib. Idem eſt in re incorporali, vt eſt Vſusfr. ſeruitus tam vrban-

vrban.quã ruſtic.quibus ſimiliter longo tẽpore prɛ̧ſcribitur. At in actionib. opus eſt 30. vel 40. annis,vt præſcriptioni locus ſit. In querela inoff. Donat. quinquennio.in petenda Reſtitut.in Integr. quadriennio. In rebus Eccleſiarum ſingulari iure vtimur, vt contra eam non currat præſcriptio,niſi quadragenaria,contra Romanam centenaria exigitur.

Exceptio Sc. Vell. vtitur mulier,quæ pro alio, etiam pro filio interceſſit, vel fideiubendo,vel conſtituendo, vel rem ſuam oppignorando, vel alterius obligationem in ſe recipiendo, idque propter fragilitatem ſexus,niſi huic Exceptioni renunciarit,vel dolo interceſſerit: Deceptis enim non decipientibus iura ſubueniũt.l. ſi mulier.ff.ad Sc.Vell. Si eſt deceptio magna, quia modica non curatur.l.ſcio.ff.de in int.reſt.c ad noſtram.de reb. Eccl.non alien.

Exceptio Sc.Maced. iuuatur filiusfam.qui pecuniam mutuo accepit,qui eam ex hoc Sc.nec filius, nec Pater tenetur reſtituere,niſi cauſa ſtudiorum, legationis &c.

Exceptio rei iud.ei competit, qui ſemel per ſententiam iudicis abſolutus eſt,in quocunque iudicio.

Exceptio excommunicationis etiam poteſt in ſeculari Iudicio opponi.Gloſſ.in l.1.C.de iure & fac.ig.

Executio.

Ante dies denos exactio ne tibi fiat,
Interea appella,ſi ſit ſententia iniqua.

§.1.& to.ti.in Nou.23.de appellat.& intr. quæ temp. Sententia antem executioni mandari debet ab eo, qui eam tulit. Si res extra territorium ſitæ ſunt, Iudex eius loci pro Executione adiri debet.d.Nou.23.

2

In perſonali poſt menſes quattuor:(a) *In re*
Protinus eſt omnis ſententia perficienda.(b)

Siſc

Sic in criminibus: ſed caſus excipe quinque,
Confeſſus, prægnans, iratus, & inſula ſeruus.

(a) l. 2. l. 3. ff de re iud. c. 15. ex eo. & l. 2. & l. fi. C. de Vſur. rei iud. (b) l. 2. & 3. C de Vſur. rei iud. §. 2. Inſt. de off iud. Atque hæc ſemel a Iudice lata retractari nequit, quia ſuo functus eſt officio. l. Paulus. l. Iudex. ff. de re iud. & C. ſen. reſcin. non poſſ. Ordo tamen executionis hic eſt, vt primo mobilia. 2. immobilia, poſtremò nomina ſumantur, quæ in cauſam pignoris capta poſt duos menſes vendantur. l. 15. ff. de re iud. Executio verò debet fieri contra Dominum, & non contra procuratorem l. plautius. ff. de proc. Niſi contra Procuratorem in rem ſuam fiat executio. Item ſi venditor veniat ad defenſionem emptoris, & ſuccumbat, tunc executio fit contra ipſum. d. l. Pautius.

3

Se ſolo Dominus valet expandere Colonum, ob
Cenſum, Decreto Iudicis haud opus eſt.

to. ti. ff. de re iud. Coler. par. 1. c. 3. n. 144.

4

Res expendatas ſeu pignora non alienes
Ter niſi vulgâris Iudicis Imperio. ff. eo.

5

Vt licitè expandes primò mobilia ſumes. (a)
Quæ niſi ſufficiant, accipe res ſtabiles. (b)

(a) c. quoniam. §. fi. vt lit. non conteſt. (b) pro menſura debiti. Auth. & qui iurat. C. de bon. anc. iud. poſſid. c. quoniam. ex. eo.

Ex-

Exhæreditatio filij.

Bis ſeptem cauſis exhæres filius eſto,
Si patrem feriat, vel maledicat ei,
Carcere detruſum ſi negligat, ac furioſum,
Criminis accuſet, vel paret inſidias.
Si dederit damnum graue, ſi nec ab hoſte redemit,
Teſtari prohibet, ſe ſocietue malis.
Si mimos ſequitur, ſocietue cubile paternum,
Non orthodoxus, filia ſi meretrix.

Nou. 115. Vt cum de appell. c. 3. & 4. quas hæres probare tenetur. Auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtam. Iaſon in l. arenam. C. eo. propter vltimam tamen hodie non priuatur.

Exhæredatio Patris.

Sed pater ex ſeptem, ſi nati ſpernat honorem,
Hunc accuſabit, dira venena dabit.
Teſtari vetat, aut vxorem diligat eius,
Nec redimit captum, dum furit, odit eum.

d. Nou. 115 §. aliud quoque. Auth. vt cum de appell.

Exhæredatio Fratris.

Aſt à fratre tribus frater depellitur Vt ſi
Arguit hunc ſceleris, vel ſtruit inſidias,
Vel ſi iacturam rerum ſibi mouerit vnquam,
Iura nihil Fratri, quod tenere ferunt.

d. No 115. niſi tempore perſon. inſtituerit. Inſt. de hæredib. inſtituend.

Digitized by Google

Exilium.

Perpetuum Exilium damnatis omnia tollit,
Quando gradum ad trinum nemo ſuperſtes erit.

Auth. bona damnatorum. C. de bon. damnat. l. ſiquis. C. ad l. iul. ma. l. 4. & to. ti. ff. de interdic. & relegation. Vid. Bona damnatorum. Exilium vel relegatio ſi fiat ad tempus, bona adimi nequeunt, ſi in perpetuum pars adimi poteſt. l. 6. ff. de interdic. relega. & deportatis.

DE FEVDIS

F

Feudorum Origo.

Vſum feudorum produxit Obertus ab Orto,
Gerardusq; Niger Primarij in vrbe Milano.

2 feud. 1. de feud. cognit. Ideo cum à priuatis profluxerit feuda, lex appellari non poſſunt, vix tamen legis obtinent. Nec obſtat, quod dicitur, conſuetudinis, vſuſue longæui non eſſe tantam vim, vt legem vincat. l. 2. C. de legib. & conſt. princ. quia hoc intelligitur de conſuetudine, quæ nondum inualuit, aut iudicio comprobata eſt.

Feudi forma.

Relligio fidei poterit per pacta remitti;
In cauſa Feudi, non tamen ipſa fides.

2. feud. 6. de form. fidelit. arg. l. 8. ff de contrah. emp. quia de ſubſtantia feudi eſt, quod debeatur Fides, & hominium, ſeu homagium, ideſt, vt profiteantur, ſe fideles Domi-

Domino fore,& homines eius eſſe,Hinc Vaſalli Fideles dicuntur:Iuramentum fidelitatis non eſt pars intrinſeca,ſed ad aſtringendam fidem ciuili ratione adhibetur. Feudum definitur Beneficium, quod ex beneuolentia ita datur.vt proprietas quidem rei immobilis , beneficiatæ penes dantem maneat,vſusfructus autem illius ita ad accipientem tranſeat,vt ad eum,hæredeſque ſuos Maſculos,ſiue fæminas (ſi de his nominatim ſit dictum) in perpetuum pertineat,ad hoc,vt ille,& hæredes ſui fideliter Domino ſeruiant.c.1. in quib. cau. feud. amitt. Feudi definitione hic non continentur feuda, quæ ſingularem naturam habent, vt ſunt feuda Caſtaldiæ, & Guardiæ,de qui.in c.1.de feud.guard. & Caſt. Nomino vſusfructus hic non venit vſusfructus propriè dictus (alioqui feudum ad hæredes non tranſiret) ſed vtile dominium,ſiue omnis vtilitas rei feudalis perpetua.§, finitur.Inſt.de vſufr.Beneuolentia hic non ita ſtrictè capitur,quin feudum pecunia,aut alia re comparari poſſit,c.1.de inueſtitura in mar.fac Rei immobilis appellatione continentur non tamen res ſoli , ſed etiam quicquid ſolo cohæret, vt ſunt domus,vineæ, arbores, horreum,cellarium,nomina. Iuriſdictio &c.Dixi hæredeſque ſuos Maſculos, quia in materia feudali hæredum appellatione non continentur fæminæ, niſi de his nominatim dictum ſit.Caniſ.lib.3 tit.6.

Feudi materia.

Mobilis in feudum res cedi iure vetatur,
Nec ſacra,aut ſancta,aut relligioſa datur.

d.c.1.ex.in qui. cau.feud. amitt. §. ſciendum. de feud.cognit.2.F.1.& omnes res,quarum alienatio prohibita eſt.

Feu-

Feudorum Species.

Feudorum Species legiſtis quinque notantur,
Famineum, atq; Maris, proprium, regale, ſacratum,
Cum ligio, antiquum, quod profert ſtemma paternũ,
Vſq; gradum quartũ (a) *quaruntq; Recentia fratres,*
A Dominis, nouiter veſtiri in feuda petentes. (b)

(a) §. hoc quoque. de ſucceſſ. feud. 1. Feud. 8. (b) ibid. & paſſim. 2. Feud. 32.

Feudum nouum.

Quando nouum feudum eſt, fratri ſuceeſſio nulla eſt,
Namq; vacans feudum poſteritatis erit.

De his, qui feud. dar. poſſ. 1 Feud. 1. De beneficio fratris, 2. Feud. 8. niſi ſpecialiter, & expreſſim à Domino in Inueſtitura ordinatum ſit, eo Sc. pacto, vt frater fratri ſuccedat, & deficientis portio ſuperſtiti accreſcat: tunc enim per pactum frater ſuccedit, non Dominus. 2. Feud. 32.

Feuda propria ad certum tempus non dantur.

Impropriè ad certum tibi tempus feuda dabuntur,
Aſt infinitè propria feuda dabis.

c. 1. ex. de feud guard. & Caſt. Idem eſt de illis, quæ morte accipientium finiuntur, iudicium, vt habitationis, Soldatæ, &c.

Feudum dare nequeunt.

Prodigus, atq; Minor, furioſus, menteq; captus, (a)
Ac procurator, (b) *Curator,* (c) *fæmina* (d) *feudum*
Cum pleni iuris non ſint, dare iure vetantur.

(a) quia

(a) quia inueſtitura non fit, niſi ab eo, qui legitimam ſuorum bonorum habet adminiſtrationem, hanc prodigus cum reliquis non habet. (b) etiamſi totorum bonorum habeat adminiſtrationem, dummodo feudum ſit nouum, quia feudi noui Inueſtitura eſt alienatio: Aſt procurator rem alienare non poteſt l 63. ff. de proc. (c) ſi feudum ſit nouum, quia rem minoris ſine Decreto prœſidis alienare nequit ff. de reb. eor. qui ſub tut. per tot Antiquum feudum concedere poteſt, quia non tam alienatio eſt, quam prioris feudi renouatio. (d) quia qui feudū dat iuriſdictionem habere intelligitur, quam fœminæ non habent, ſiquidem ab omni officio remotæ ſunt. l. 2. ff. de R. I.

Feuda dare poſſunt.

Clericus, (a) *ac Laicus, maiores, cumque Colono* (b)
Sunt Valuaſores, qui dare feuda queunt.

(a) vt Epiſcopi, Archiepiſcopi &c. Si antiquitùs eorum conſuetudo fuerit, feuda dare. I. feud. 1. (b) ibid. quia quilibet eſt rei ſuæ moderatur, & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. Contrarium tenet Duaren.

Feudum an à Clerico concedatur.

Clericus vt feudum concedat, iure vetatur, (a)
Hoc ſolis laicu (b) *collicuiſſe patet.*

(a) c. vn. de reb. Eccleſ. non alienan. præterquam ſi feudum ſemel legitimè conſtitutum ad Eccleſiā morte vaſalli redierit, qua ſpecie prælatus eiuſdem Eccleſiæ poteſt idem liberè alteri conferre in feudum, dummodo id ex re Eccleſiæ futurum arbitretur c. 2. ex. de feud.

Item

Item ſi à Vaſallo illicitè alienatum fuerit feudum, & ſic ipſo iure commiſſum, poteſt prælatus idem feudum alteri dare, etiam filio, vel Conſanguineo eiuſdem Vaſalli, quod & meritò obſeruatur, vbi feudum alienatum difficile recuperatū eſt, vt & hoc caſu poſſit prælatus alteri potentiori feudum cedere, qui idem à ſe reuocatū ab Eccleſia recognoſcat. c. 8. ex eo. Vel niſi diututna conſuetudo, vt dixi contraria ſit. (b) qui liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habent. c. 1. per quos fiat. inueſtit.

Feudum acquiritur legitima ſucceſſione ab inteſtato, contractu, præſcriptione.

Legitimo tantum (a) *ſucceſſu feuda petuntur,* (b)
Contractuq; ſimul (c) *vel capione damus* (d)

(a) quia uulla de feudis in teſtamento fieri poteſt ordinatio: feudum enim non conſiſtit, niſi in rebus alienis, at de rebus alienis nemo teſtari poteſt ff. C. & Inſt. de teſtam. per tot. (b) c. 1. ex. ex quib. cauſ. feud. amitt. (c) putà Donatione, venditione, permutatione. Donare, & gratis concedere feuda ſolet: Dominus vendere, & permutare Vaſalli inter ſe, Domino tamen conſentiente: Eo enim inuito Feudatarius ſubfeudare non poteſt, ſicut nec Emphyteuta ſubemphyteuticare. (d) vid. quod ſequitur.

Feudi præſcriptio.

Ter denis annis currit præſcriptio feudi.
Siue quaterdenis, ſi foret Eccleſia.

Si de feud. defunct. §. ſiquis per 30. ann. 2. feud. 26.

Non

Non autem 10. vel 20. quibus aliàs præſcriptio de iure communi procedit, ſufficiunt, quia rerum feudalium præſcriptio durior eſt, quam allodialium.

Feudorum ius Aſcendentes non habent.

Ius habet aſcendens nullum, quo feuda petantur, (a)
Soli ſuccedunt filius, atq; Nepos (b)

(a) de natur. ſucceſſ. feud. 2. feud. 50. Bald. in l. ſecunda. C. de ſuis. & legit. hæred. De ſucceſſ. frat. vel grad. ſuccedent. 2. feud. 21 (b) in infinitum, dummodo ex filio non etiam filia nati, quia fæminæ excluduntur. Iure Sax. idem, quod de iur. com. ſeruatur, Fæmina tamen quandoque iure feudali ſuccedit, ſc. quando eſt fæmineum, de quo fuerit inueſtita, vel quando ſpecialiter, & nominatim dictum eſt, vt ad eam pertineat, aut eo pacto, eo tenore, tali conditione, & lege datum, vt ad fæminas tranſiret, vt deſcendentes Maſculi, & fæminæ habere, & ad id aſpirare poſſint, tunc enim fæminæ per pactum ſuccedunt. Deficientibus cognatis vir vxori ſuccedit ex edicto prætoris in aloden. In feud. nec maritus vxori, nec contra ſuccedit.

Feudi incapaces fæminæ &c.

Fæmina cum liberis feudali iure repulſam,
Suſtinet, (a) *inceſtus pariter,* (b) *ſpuriuſq; Nothuſq;,*
Legitimi tantum, quoniam de ſanguine non ſunt,
Ius Canonum contrà ſtatuens alimenta relinquit.

(a) tùm quia bellorum neceſſitas peperit feuda: at bello gerendo fæminæ idoneæ non ſunt, tùm quia Dominus qui feud. dat, eligit ſanguinem, familiam, & ſtirpem, non vterinos. §. filia, de ſucceſſ. feud. 1. feud. 8.

De

De ſucceſſ.fratrum,2.feud.21.(b) §.naturales.ſi de feud. defun. 2.feud.26.l.ſi Spurius.ff.vnde cognati §.nouiſſimè.Inſt.ad SC.orphit.(c) quia feuda dantur ſanguini. Adoptiui autem non ſunt propriè conſanguinei.§. adoptiuus.2.feud.26. Iure Com.ſuccedunt iuxta diſtinctionem legis pen.C.de adop.(d) inceſtuoſis, ſiue ex damnato coitu pro fectis.c.5.ex.de eo,qui dux.in matr. contra Auth.ex complexu.C.de inceſtuoſ.Spurij aluntur.d.l.ſi Spurius.ff.vnde cog.

Feudo Germani Fratres,& vterini æqualiter ſuccedunt.

Vtrinum Fratrem priuat germanus alode (a)
Sunt tamen in feudis Frater vterque pares.(b)

(a) Auth.ceſſante.C.de legit.hæred. (b) de ſucceſſ. fratr. vel grad.ſucced.2.feud.21. Frater tamen fratri in nouo feudo non ſuccedit, niſi expreſsè in Inueſtitura à Domino ordinatum ſit.

Feudo Fratrum liberi patruos excludunt.

Excludunt(b) *Patruos liberi de fratre Creati*
A feudis pariter communi iure vocantur. (b)

(a) de ſucc.feud.1.feud.8. Aluar. in c.1. de ſucceſſ. feud.(b) vid.aſcendentes.

Feudo Collaterales in infinitum ſuccedunt.

Tranſuerſi veniunt ſine fine ad feuda paterna,
Vſq; gradum quartum quondam veniſſe docentur.

Quia

Digitized by Google

Quia poſt 4. gradum putabant, feudum non poſſe paternum dici. Aluar. in d. c. 1.

Feudi Inueſtitura.

Nil inueſtitura aliud, quàm ceſsio feudi eſt,
Quæ coram paribus, ſi feuda recentia, fiet.

2. feud. 2. quæ ſit inueſtit. Nam ſine paribus Curiæ duobus ad minimum inueſtitura facta non valet, dummodo feudum ſit nouum, & ſeculare: Antiquum enim coram extraneis, Eccleſiaſticum tam coram paribus, quam Extraneis poteſt conferri.

Feudi Inueſtitura quando petenda.

Intra annum, atq; diem eſt Inueſtitura petenda,
Si vetus eſt feudum: (a) *nil noua feuda tenent.* (b)

(a) de prohib. feud. alien. per Lothar. in fin. 2. feud. 52. quo tempore miles. 1. feud. 22. De Capitulis Corradi. 2. feud. 24. & 40. Nec opus eſt citatione, vti in feudo nouo. ſed Vaſallus ipſe dominum requirere, ac ſeſe vltro intra annum, ac diem ad fidelitatem offerre debet. aliàs beneficium perdit, & redit ad dominum, niſi iuſta cauſa interuenerit.

Feudorum ſeruitus.

Qui triginta ſemel Domino non ſeruiet annis,
Vſu præſcripto perdere feuda ſolet.

§. ſiquis. ſi de feud. defunc. 2. feud. 26. ſingulis annis præſtitiſſe ſeruitia non eſt opus.

Digitized by Google

Feudorum ſeruitium quando præſtandum.

Contra Imprâtorem, patriam, patremq; ſeipſum,
Qui tueatur herum, nemo Vaſallus erit.

§. Contra. 2. feud. 28. idque propter honorem iure naturali, aut ciuili ipſis debitum. Defendit autem contra fratrem, & filium, Domini tamen ſumptibus.

Fæmina Inueſtituram facere poteſt.

Antiqui, atq; noui poterit dare fæmina feudi.
Inueſtituram, veteris ſed linque minori.

de prohib. feu. alien. per Lothar. 2. feud. 25.

Feudum an alienari poſſit.

Citra conſenſum Domini legare Vaſallus,
Aut dare feudorum, aut vendere iura nequit,
Nec dabit in fructum, ſeu pignus, ſiue ſolutum,
Aſt alienantur fructus, & vtilitas.

§. Siquis miles. de feud non culp. non amitt. 1. F. 21. §. ſimiliter. De lege Corradi. 2. Feud. 34. fructus namq; ſuos facit, feudum poteſt diuidere, niſi regale ſit, habeatque annexam dignitatem, hypothecare, locare, niſi fiat ad longum tempus, ſubfeudare, niſi in præiudicium Domini fiat.

Feudorum pares.

Nos Conuaſalli quia feuda tenemus eadem
Curte, vel à Domino dicimur inde pares.

Vid.

Digitized by Google

Vid. VVeſemb. de feud. per 10.

Feudum quomodo extinguatur.

Relligio, Interitus, lethum, præſcriptio, fatum,
Corporis & vitium tollere feuda ſolent.

c 1. in quib. Cau. feud. amitt. l. 15. ff. loc. puta hæreſi, chaſmate, ſeu terræ motu, morte, vſucapione 30. vel. 40. annor. Item culpa omiſſionis, ſi Dominum non defendat, ſeruitium neget &c. Commiſſionis, vt ſi Dominum cucurbitauerit, fratrem occiderit, &c. quib. mo. feud. amitt. 1. feud. 5. §. item qui. Quæ fuit prima Cau. beneſic. amitt. 2. feud. 24. ſine culpa verò feudum non amittitur. quia quod legitimè acquiſitum eſt ſemel, id ſine culpa auferri non dicitur. l. id quod. ff. de R. I.

Feudalis Conſtitutio Lotharij.

Partim, ſi partem feudi, vel pedis idipſum
Totum, ſi vendas, veluti Lotharius alter
Decidit, agnatis niſi transfers ſicq; refutes.

De prohib. feud. alien. per Lothar. 2. feud. 52.

Feuda ad quos deuoluantur.

In Dominum culpâ commiſsâ feuda redibunt
Ad Dominum, veluti ſi non ſint feuda petita:
Culpa ſed in reliquos Agnatis feuda reducit,
Non liberis, quoniam delicta paterna timentur.

§. ſi Vaſallus de feud. defuncti. 2. feud. 26. c. 1. ex. de feud. nec vllius eſſet momenti priuatio huiuſmodi, ſi iterum in ſtirpem eius rediret, qui amiſiſſet.

Digitized by Google

2.

Corporis ob vitium ſi forſan feuda vacabunt.
Antiquum hæredi, redde nouum Domino.

Vt ſupr. 2. feud 52.

3.

Feudis extinctus ingreſſu Relligionis,
Antiquum agnatis, redde nouum Domino.

De Vaſall. milit. 2. feud. 21.

4.

Si feudo binis donato Fratribus alter
Decedat, tranſit protinus ad Dominum.

Hartyſer in analyſi.

5.

Voluitur ad genitos, feudum ſi patris apertum,
Non tamen ad Patrem voluitur à genitis.
Hi ſi deficiant, ſuccedit Frater vterque,
Poſt datur agnatis, deniq; ſed Dominis.

Sc. ſi morte vacet. ex. de feud. per to.

7.

Nulla noui dabitur Fratri ſucceſſio feudi,
Illud at accipiunt filius, atq; Nepos,
Si foret in literis expreſſim mentio facta,
Feudum fratris erit, ſi ſecus, eſt Domini.

De benefic. fratr. 1. feud. 20.

Feu-

Feudum nouumne ſit, an vetus.

Antiquum natis transfert ſucceſsio feudum,
Sed nouum erit feudum, ſin aliundè pares.

De his, qui feud. dar. poſſ. 1. feud. 1.

Feuda qui poſsint accipere.

Feudorum capiens eſt omnis ſexus, & ætas,
Ac ſtatus, inter quos Hermaphroditus erit. (a)
Excipe ſed mutos, ſurdos, cæcos, quoq; claudos
Naturâ: hos etenim deficit officium.

(a) Secundum eum Sexum, in quo præualet: Pupillus quoque ad acquirendum tutore non eget. l. pupillus. ff. de acquir. rer. dom. ſed quoad obligandum, & alienandum. Impuberum tamen Feudatariorum ætas à iuramento excuſat.

Feudorum Iudex.

Quæſtio Regali de feudo mota relicta eſt
Induperatori, qui dare feuda ſolet.

1. feud. 18. apud quem, vel quos controuer. feud. defin. 2. feud. 34. in princ. de lege Corradi, & 1. feud. 4.

2.

Lis inter Dominum ſi ſit propriumq; Vaſallum,
De non regali Iudicium parium eſt.

§. inſuper de prohib. feud. alienan. per Frid. 2. feud. 55.

3.

Inter ſi fuerit contentio mota Vaſallos
De non regali Iudicium Domini eſt.

De controu.feud.apud par.termin.2. feud. 16. de con-tent.1. feud.4.

4.

Quando pares deſunt, Herus aut ſuſpectus habetur,
Arbiter, aut Iudex allodialis erit.

Cuius nomine Directa rei vendicatio datur Domino, quia Dominium retinet, datur & condictio odio Vaſallorum, qui feloniam commiſerunt, ſicut datur odio furum. Arbitri dicuntur, qui ex conuentione partium ſumuntur ad dirimendam Controuerſiam. In laicos de re ſpirituali, & liberali compromitti non poteſt, cum maiores iudices requirantur.

Feriæ.

Sunt feriæ triplices, (a) *inter quas prima ſolemnis,* (b)
Indictas iungas, atq; neceſſarias. (c)

(a) ſpec.de fer.§.1.n.4 & 5. VVeſ.eo.n.3. (b) l.2.§6.7.8 ff.de fer.& dilat.l.fi.C.eo.to.ti.ex.eo. (c) l.4.ff. eo.l. omnes.l.5.C.eo.

Ferijs durātibus accuſationes omnium criminum ceſſant.

Cum durant feriæ, tunc crimina ſunt abolenda,
Intra terdenos crimina monſtro dies.

l.8.10.12.antepen.& pen.ff. ad SC.Turp.& to.ti. C. de abolit. Et quamuis tempore quadrageſimæ in criminalibus cauſis ſint feriæ. l.6.C.de fer. Latro tamen inſignis poteſt ſemper ad furcam mitti.l.9.C.eo.

Eide-

Fideiuſſor.

Cum reus excuſſus fuerit Fideiuſſor aditur, (a)
Auſtria Iuſſores indubitanter adit. (b)

(a) Auth. præſente. C de fideiuſſ. & mandat. Inſt. eo. l. omnes. ff. de excep. Nou. 4. c. 1. (b) Gail. 2. obſ. 27. Excuſſionis tantum beneficio renunciari poteſt. Vt Cred. prim. aggred princip. debit. Conſt. 4. Fideiubere clericus prohibetur. c 1. ex. de fideiuſſor. fideiuſſio tamen facta valet. c. 2. ex. eo. Illud enim conſtitutum eſt à Concil. Cãtuarienſi, vt clericus Fideiuſſoribus inſeruiens à Clero ſubmoueatur, licet fideiuſſio facta valeat. Fideiuſſio ſtipulatione contrahitur, & omni obligationi, etiam quæ ex delicto venit, accedere poteſt, modo tale delictum ſit, quod corporalem pœnam non perſequatur: Nam huic fruſtra adhibetur fideiuſſor, cum nemo membrorum ſuorum Dominus ſit, l. liber homo. ff. ad l. aquil.

Fideiuſſor duobus modis ſolet intercedere, aut ſimpliciter fidem ſuam interponendo in id, quod debet principalis. Aut quanto minus Creditor à ſuo Debitore conſequetur. Et hic Fideiuſſor indemnitatis dicitur, qui idcirco à Creditore ante conueniri non poteſt, quam reus excuſſus fuerit. l. fi. ff. ſi certum pet. Prior autem ante conueniri poteſt, ſed cum beneficio Authenticæ præſente. C. de fideiuſſ.

Fideiuſſio etſi regulariter nudo pacto non contrahitur iure Ciuili, ſecus tamen eſt de iure Can. quo ex pacto nudo actio, aut ſaltem officium Iudicis ad complendum pactum competit.

Licet plures fideiuſſores in ſolidum obligentur, habent tamen beneficium Diuiſionis, vt inter eos actio diuidatur, imo & Excep. Epiſt. D. Adriani. Si tamen reus principalis abſens ſit, Fideiuſſor beneficio Excuſſionis

Digitized by Google

vti nō poteſt, Abſens autē de iure intelligitur, qui eſt ex- Ciuitatem, licet ſit in eadem Prouincia. Abb. in c. fi. de fideiuſſ. Secus eſt in Auſtria, vbi abſens non dicitur, qui eſt in prouincia. Idem beneficium ceſſat, cum notorium eſt, reum principalem, non eſſe ſoluendo, d. Auth. præſente. C. de fideiuſſ.

De iur. communi etiamſi Fideiuſſor perſonalem Debitorem ſe ſe conſtituat, tamen adhuc Beneficium Excuſſionis habet, quod etiam poſt litem conteſtatam opponi poteſt, niſi illi renunciauerit. Et licet de iur. communi Creditor abſque conſenſu Fideiuſſoris diem aut terminum ſolutionis Debitori proroget, nihilominus Fideiuſſor in tali termino prorogato obligatus manet. Abb. in d. c. fi. At in Auſtria ſine conſenſu fideiuſſoris nō poteſt creditor terminum prorogare.

Fideiuſſor principalem conuenit ante diem.

Cum ſoluendo Reus ſua debita deſinat eſſe, (a)
Vel bona dilapidet, (b) *tunc Fideiuſſor agit.*

(a) c. 2. fi. ex de fideiuſſ. Auth. præſente. C. eo. G[illegible] 2. obſ. 29. n. 3. Coler. par 1. c. 10. (b) l. ſi pro ea. C. mand[illegible] ti, l. Lucius. ff. eo. Fideiuſſor tamen in eandem cauſam non in duriorem obligatur, quia ſi in durius obligetur, ad nihil tenetur. l. græcè. § illud. ff. de fideiuſſ. Quod eſt verum, quando alia eſt obligatio, vt cum debitor ſub conditione, vel obligatione dandi, Fideiuſſor autem purè, & in factum promittat. d. §. illud. Cæterum, Fideiuſſor omni obligationi accedere poteſt, & ciuili tantùm, & naturali tantùm, & hæc obligatio eſt tranſitoria ad hæredes. Inſt. eo.

Fideiuſſor vbi creditori ſoluit, vel aliter ſatisfecit, habet mandati actionem, nec ante agere poteſt, cum & ad ſoluendum ſumptus intelligatur, niſi aliter inter eum, & de-

& debitorem cõuenerit, aut fideiuſſor cõdemnatus fuerit, aut debitor ſolutionem diu extraxerit, ſiue bona ſua, vt dixi, diſſipare cœperit: nam his caſibus rectè agit fideiuſſor contra reum, vt eum liberet ab obligatione fideiuſſoria. c. fi. ex. de fid.

Filiusfam.

Filius vt poſsit teſtari, Iure vetatur:
Ni Caſtrenſe tenet: nam de hoc eſt iuſta voluntas.

l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. l. filiusfam. l. pen. C. qui teſtam fac. poſ. Permiſſu tamen patris cauſa mortis donare poteſt, non minus, quã reliquos priuatorum contractus eo volente inire. l. item is. l. vbi autem. l. ſi mortis. ff. de mor. cau. don.

Fides.

Frangenti fidem fides frangatur eidem, (a)
Eſt tamen à Nuptis firma tenenda fides. (b)

(a) l. ſi conuenerit. ff. pro Soc. l. cum proponas. C. de pac. l. eum qui. ff. de inoff. teſtam. Niſi quis ex iuſta cauſa fidem frangere compulſus ſit arg. l. vn. ff. de offic. conſul. (b) Panor. in c. peruenit, de iureiur. arg. c. quod Deo. 33. q. 5. Hoſti etiam fides ſeruanda eſt, d. c. peruenit. l. fi. ff. de ll. Recta fides certa eſt, arcet mala ſchiſmata, non eſt ſicut Creta fides, fictilis, arte caret. Anagram.

Finium Regundor.

Ad diſcernendos fines inſpectio fiat: (a)
Signa, cruces, lapides, inſpiciantur agri. (b)

(a) l. ſi irruptione. ff. fin. regund. l. 3. C. eo. (b) Hieron. de Monte trac. de fin. c. 52. Mynſing cent. 6. obſ. 26. Wie man die Grentzen handthaben ſoll.

Fiſcus.

Quando metu pœna quis ſeſe interficit ipſum,
Tũc bona ſunt Fiſci: (a) *Da deſperãdo propinquis.* (b)

(a) l. 2. & 3. ff. de bon. eor. qui ante ſent. ſibi mor. conſcin. (b) d. l. 2. & to. ti. C. eo. l. quiſquis. ff. ad l. iul. ma. Conſt. Crim. Car. V. ar. 135. Et cadauer in furcam tolli, aut ſub ea ſepeliri ſolet. l. 1. l. fi. ff. de bo. eor. qui ſibi mor. C. eo. Schneidvv. §. Iuris præcepta. Inſt. de iuſt. & & iur. Extra tamen Maieſtatis cauſam punitorum cadauera non tantũ cognatis, ſed etiam quibuſcunq; petẽtibus ad ſepulturam danda ſunt. l. fi. C. de cad. punit. Imo lege diuina cautum eſt, ne cadauera poſt ſolis occaſum in Cruce manerent. Deut. 21. 23. Nec exhumatio niſi ob atrox ſcelus permitti debet. l. fi. ff. de ſepulch. viola. Medicis tamen ad anatomen concedi ſolent. d. l. fi. C. de cad. punit.

Forum.

Crimine (a) *contractuq;* (b) *forum ſortiris & ade,* (c)
Et re. (d) *ſic quatuor conueniẽre locis.*

a) c. ſane. de for. comp. l. omnem. l. argentarium. ff. de iud. (b) l. hæres. ff. eo. (c) l. 2. §. 3. & 6. ff. eo. (d) l. quod legatur. ff. eo. l. fi. C. Vbi in in rem act. Procedit in Actione perſonali, ſecus eſt in reali, quia ſolum attenditur, vbi res ſita eſt. d. c. ſane de for. comp.

Fructus.

Dant natura (a) *ſimul ciues,* (b) *induſtria:* (c) *quot ſint*
Fructus, ingenio colligis inde tuo.

(a) l. fructus. ff. de Vſur. l. ſi nauis. ff. de rei vend. (b) d. l. ſi nauis. l. Vſura. ff. de ver. ſig. l. Vſuræ. ff. de Vſur. (c) d. l. fru-

d. l. fructus. l. qui ſcit. ff. eo. Et licet fructus percepti peti non poſſint vnà cum reipſa in eod. libello per rei vēdicationem, tamen ſi pars eos per officium Iudicis petat, tunc in eodem libello vnà cum reipſa peti poſſunt. Abb. in c. grauis. de reſtit. ſpoliat. Iudex quoque in condemnatione fructuum, non tantum perceptorum rationem habere debet, ſed etiam eorum, quos honeſtè percipere potuit, ſed dolo, vel culpa percipere neglexit. l. fructus. ff. de rei vend.

Furtum.

Vſque gradū quartum non patrant furta propinqui.
Actio at in factum propitiabit eos.

l. reſpiciendum. §. 1 ff. de pœn. l. ſi quis. ff. de fur. Alex. in l. apud antiquos. C. eo. Cæpoll. conſ. crim. vlt. Salic. in l. eos. C. eo. Eſt autem furtum contrectatio rei fraudulosa lucrifaciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſioniſve: quæ contractio, ſi per vim fiat, dicitur Rapina. Illius pœna dupli eſt, ſi ſit non manifeſtū, ſi manifeſtum, quadrupli. Amplius ex Conſtit. Impp. Siquis vi rapuerit, vel inuaſerit rem alienam. poſt reſtitutionem ipſius rei, tenetur etiam ad æſtimationem eius: Si verò rem propriam, cadit rei ſuæ dominio, vel ſi debita ſit, iure ſuo priuatur. Sed & criminaliter ad vindictam publicam vtrumque delictum exercetur, verum hac ſpecie extraord. pœna ex arbitrio Iudicis ſtatuitur, ſi reus Laicus ſit. Sin Clericus, deponitur per Eccleſiaſticum Iudicem. c. 10. ex de iud. imo & lege Iulia de vi rapina coercetur. vide quod ſequitur.

Furti pœna criminalis.

Ad Furcam laqueo ſolidis pro quinque ligaris, (a)
Forcipe, ſi minus eſt furtum, ſcopiſue teneris. (b)

(a) §. ſiquis 5. ſolidos. in vſib. feud. De pac. tenend. feud. 27. (b) ſi. Sc. furtum duos Hungaricos, & dimidium excedat. l. 10. ff de dol. mal. Ciuiliter verò pro re minima furti agi poſſunt. §. Gallinarum. Inſt. de rer. diuiſ.

Furioſus nullum negotium contrahere poteſt, Pupillus omnia Tutore auctore poteſt.

Nil furioſe potes, licet adſit, quia tua tractat: (a)
Cum tutore potes cuncta, puelle, loquens. (b)

(a) l. 4. ff. de R. I. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſ. l. Fulcinius §. plane. ff. qui. ex cauſ. in poſ. ea. Cic. 3. Tuſcul. quæſtion. fol. 128. Quia furioſus abſentis. l. vbi. 124. ff. de R. I. & quieſcentis loco eſt. l. 1. §. 4. ff. de acquir. poſſ. & nulla eſt furioſi voluntas. l. furioſi. 40. ff. de R. I. (b) l. fi. §. 2. ff. de V. O. & d. l. 4. Quia eius Iudicium facilè Tutoris auctoritate ſuppleri poteſt. l. quamuis. §. 2. ff. de acquir. poſſ.

G

Generi per ſpeciem derogatur.

Si genus & ſpecies actum tutantur eundem
Ne dubites, ſpecies, quin ſit habenda prior.

l. 80. ff. de R. I. c. generi. eo. in 6.

Glans.

Glans, ſeu poma intra triduum legenda.

In fundo alterius triduum pro glande legenda eſt,
Ni legis interea proprietate cares.

l. vn. ff. de glan. legen. l. qui venenum §. glandis. ff. de V. S. Nomine glandis omnia genera pomorum, ſeu fructus arborum continentur. Gloſſ. in d. l. vn.

Gradus Collateralium.

Ius Canonum primum fratri, (a) ciuile ſecundũ (b)
Aſſignando gradum vocat ad ſucceſſa parentes. (c)
Sed modo ſuccedunt pariter cum fratre parentes. (d)

(a) a liberis. 3. nepotib. &c. c. ad ſedem. l. 35. q. 5. (b) l. 1. §. 1. l. fi. §. parentes. ff. de gradib. & affinib. (c) d. l. 1. & 10. ff. eo. (d) Nou. 118. De hæredib. ab inteſt. veniẽt. Itaq; in linea recta nulla eſt differẽtia inter ius Can. & Ciuile, in linea autem Collateralium, vt dixi, hoc eſt diſcrimen, quod de iure Can. primum gradum conſtituat frater, & ſoror. Secũdum horum filius, & filia. Tertium nepos &c. De iure ciuili frater, & ſoror ſecundum gradum faciunt. d. l. 1. & 10. idque propter ſucceſſionem, in qua patris, vel matris perſona prior numeratur, excluſis fratrib. & ſororib. defuncti. d. l. 10. Niſi quod hodie fratres, & ſorores ſimul admittantur vnà cum parentibus. d. Nou. 118. Vid. Collaterales.

H

Hæreditas non datur pactis.

Ne iurata quidem ſinitur ſucceſſio pactis, (a)
Sed bene venturas quiſque reſignat opes. (b)

(a) l. lite C. de pac. quia pacta de repudianda hæreditate non valent. l. ſi quando. §. illud. C. de inoff. teſtam. l. pactum. C. de Collat. De iure Can. ſuum robur habet accedente iuramento. (b) Gail. 2. obſ. 48. n. 12.

Hæredes qui eſſe poſſint.

Hæres eſſe nequit damnas, (a) *cum crimine miſſus,* (b)
Hæreticus maior, (c) *perſona incognita ſi ſit.* (d)

(a) l. 1. C. de hæred. inſtit. (b) l. ſi in metallum. ff. de his, quæ pro non ſcrip. hab. (c) l. Manichæos 4. Auth. Credentes. C. de hæretic. (d) l. quoties. l. nemo ff. de hæred. inſtit. Quod Iuſtin. temperauit. §. incertis. Inſt. de legat. Si tamen per errorem legata incertæ perſonæ ſoluta fuerant, repeti non poterant.

Hæres ſemper hæreditatem adire poteſt.

Relictum (a) *poſſunt hæredes ſemper adire* (b)
Ni facit à nono creditor acta die (c)

(a) tota Sc. & pura hæreditas, pro parte enim adiri nequit. l. 1. & 2. ff. de acquir. vel amitt. hæred. l. ius noſtrũ. ff. de R. I. (b) l. hæreditatis. C. de petit. hæred. l. 19. l. fi. C. de iur. delib. Auth. Sed neque. C. de ſepulchr. viol.

(c) Vt

(c) Vt ſtatim, vel intra annum adeatur, ſupplicare poſſunt. l. vnus. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur. Si hæres nullus exiſtit, ſolet bonis Curator dari. l. 1. ff. de Curat. bon. Hæreditas autem non adita non tranſmittitur. l. vn. §. in nouiſſimo. C. de Cad. toll. l. quoniam. C. de iur. delib. Nemo enim plus iuris in alium transferre poteſt, quã ipſe habet. l. nemo. ff. de R. I. & non entium nullæ ſunt qualitates, l. Eius qui. ff. ſi cer. pet. Fallit tamen, ſi hæres tardauit aditionem hæreditatis ex neceſſitate vel propter aliquod iuſtum impedimentum. l. ſiquis. §. eleganter. ff. ad SC. Syllan. vbi dicitur, ſi hæreditas adita non ſit propter impedimentum SC. ti tranſmittitur ad hæredem &c.

Hæreditatis inuentarij confectio.

Hæres ter denis ſignans inuenta diebus
Vltra quàm reperit, ſoluere non patitur.

l. ſcimus. C. de iur. delib. Gloſſ. in Auth. Sed cum teſtator. C. ad l. falcid. Olim inuentarij faciendi tempus, ſi res præſentes, trimeſtre, ſi abſentes, annale erat. d. l. ſcimus. & to. ti. ff. eo. Et quamuis hæres, & defunctus dicuntur vna, & eadem perſona, l. fi. C. de iur. impub. Repræſentat enim hæres defunctum, & in eius ſuccedit ius. l. nihil autem. ff. de R. I. §. neceſſarius Inſt de hæred. qual. & diff. Procedit in caſibus illis, quæ hæreditatem reſpiciunt, d. §. neceſſ. Vbi hæres adeundo tenetur creditoribus hæreditarijs, quantum tenebatur defunctus, & ſi vires hæreditariæ non ſufficiunt, de ſuo debet ſupplere: Secus autem eſt generaliter, quia hæres non tenetur ex delicto defuncti. l. ſancimus. C. de pœn. Hodie autem ſi legitimo tempore, & forma hæres confecerit Inuentarium, non obligatur creditorib. & legatarijs, niſi quantum vires hæreditariæ patiuntur, & de ſuo nihil reſarcire tenetur. l. fi. C. de iur. delib. In foro conſci-

Digitized by Google

conſcientiæ præſumptio, in hæreditate plus fuiſſe, non extante Inuentario, non habet locum: Hoc enim foro ſola veritas, non autem præſumptio dominatur.

Hæres.

Pro ſolido plures hæredes vnius eſſe
Non poſſunt, partem quilibet ergo tenet.

l. quod contra. §. vni duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt. ff. de R. I. Siquidem dominium ius eſt. & quoddam indiuiduum. arg. l. 4. §. Cato. & ibi Molina ff. de V. O. l. eorum. ff. de dam. infec.

Hæres eſt eiuſdem Iuris cum defuncto.

Si quis defuncto ſucceſſit, non minus hunc lex;
Quàm cui ſucceſſit, iuris habere putat.

l. 59. ff. de R. I. quia vna, eademque cum ipſo defuncto perſona eſſe fingitur §. 1. Auth. de iureiur. à mor. præſt. Nou. 48. DD. in l. qui Romæ. 122. §. Agerius. ff. de V. S. & in ciuilibus cauſis factum eius præſtat.

Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus tempore mortis habuit.

Hæres nil aliud, quàm cui bona tota feruntur,
Quæ, qui decedit, tempore mortis habet.

l. hære-

l. hæreditas. 62. ff. de R. I. l. 5. ff. de hær. petit. l. bona. ff. de bon. poſſ. l. non minus. ff. de hæred. inſtit. l. hæreditas. ff. de acquir. rer. dom.

Homicida.

Tempore quindena fugiens homicida citandus. (a)
Ni veniat, fiſcantur opes, impurè necandus.

Iur. Sax. ter. Chylian. tit. de bann. Iure autẽ ciuili reſcriptũ eſt. l. abſent. C. de accuſ. abſentẽ capitali crimine accuſari non poſſe, multo minus condemnari, etiã ſi contumaciter abſit. l. 5. ff. de pœn. Sed niſi citatus veniat, bona eius immobilia annotari, & poſt annum publicari d. l. abſentem. l. 1. & 2. C. de requir. reis. Ius verò immobilium ſeruari hæredib. Frid. c. 1. §. ſi vero. de pace tenend. 7. feud. 27. Fiſcus tamen per 20. an. ceſſans ſubmouetur præſcriptione, l. 2. ff. de requir. vel abſent. damnan. C. eo. Imò Iuſtinianus publicationem bonorum in damnatis ſuſtulit. Auth. Damnatorum. C. de bon. damnat. Aſſaſſini ſunt infideles, certum hominum genus, qui in perniciem aliorum Chriſtianorum à Clericis, vel laicis conducuntur. Couarr. Nauarr. Banniti ſunt illi qui præſcribũtur, id eſt, à rep. eijciuntur, aſſimilanturque excommunicatis. Diffiduntur, quibus denegatur, vel ſubtrahitur fides, quibuſque indictum eſt bellum, & quos eo indicto, quomodocunque per inſidias, aut aperto marte opprimere licet.

Homicidium caſuale.

Fortuito caſu ſi ſint homicidia facta, (a)
Sicut & amentum carpere noxa nequit. (b)

(a) homicidium caſuale de iure ciuili non punitur. l. abſentem. ff. de pœn. l. ſi putator. ff. ad l. aquil. (b) l. infans. ff. ad l. Cor. de Sic. l. 1. C. eo. c. 1. ex. de homicid.

Clar.

Clar. lib. 5. ſent. q. 6. n. 7. De iure Can. inſpiciendum eſt, an homicida dederit operam rei illicitæ, quo caſu Irregularis efficitur, aliàs ſecus. c. Ioannes de homicid. vel niſi culpa caſum præceſſerit, tunc quoque mitiùs punitur ſecundum arbitrium Iudicis. l 1. ff. ad l. Cor de Sic Vel niſi, vt dixi, dum rei illicitæ opera dabatur; caſus inciderit. c. 10. & pen. de hom.

Hypotheca.

Dos, (a) *inuecta,* (b) *domus* (c) *tacitè tibi prima miniſtrant*

Exequiæ, (d) *merces,* (e) *atque refecta nauis.* (f)

(a) DD. in l vbi. C. de iur. dot. l. ſi cum dotem. ff. ſolut. matr. l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. hab. (b) pro debito penſionis. l. ſi in lege. §. 1. ff. loc. l. 2. ff. in quib. cau. pig. l. 4. ff. de pac. l. fi. C. eo. (c) ſi mutuo dat ad refectionem domus. l. 1. ff. qui pot. in pig. l. 1. ff. in qui. cau. pig. vel hyp. tac. contrah. l. ſi ventri. ff. de priu. cred. l. creditor. ff. ſi cer. pet. Gail. 2. obſ. 5. n. 7. (d) l. 2. C. de priu. cred. l. fi. ff. de relig. & ſump. fun. (e) iur. Sax. ar. 25. lib. 1. (f) l. qui nauim. l. quod quis. ff. de priu. cred. Et ſicut mulier, & fiſcus in tacita hypotheca pari paſſu ambulant: ita præferuntur omnib. creditorib. hypothecam non habentibus. l. 2. & 3. C. de priu. Fiſci. Nam in bonis eius, qui cum ipſo contrahit, fiſcus tacitam hypothecam habet. l. 1. C. eo. de non alienan. aut permut. reb. Eccleſiæ, aut in ſpecial. hypoth. dan. Conſt. 7. Quoties res mulieris in dotem datæ adhuc extant, tunc mulier in his vendicandis omnib. creditorib. etiam anteriorē hypothecam tacitam habentib. præfertur. l. in reb. C. de iur. dot. Illud etiam locum habet in bonis Paraphern. Nam & quilibet extraneus in vendicandis bonis ſuis apud debitorem exiſtentib. alijs creditorib. præfertur. l. ſi ventri. ff. de priu. cred. Qui habet actionem funeraria riam,

riam præfertur domino ædium in tacita hypotheca, quam dominus in reb. inquilini habet. l. at ſiquis. ff. de relig. & ſump fun. Idem & in alijs hypothecarijs creditorib. dicendum eſt. Impenſæ funeris pro dignitate perſonæ defunctæ faciendæ ſunt. d. l. at ſi quis.

I

Impedimenta Matrimonij dirimentia.

Error, (a) *conditio,* (b) *votum,* (c) *cognatio,* (d) *crimen,* (e)
Cultus diſparitas, (f) *vis,* (g) *ordo,* [h] *ligamen,* (i) *honeſtas.* (k)
Si ſis affinis, ſi forte (l) *coire nequibis,* (m)
Si mulier ſit rapta, loco nec reddita tuto, (n)
Si deſit parochi, & duplicis præſentia teſtis, (o)
Hæc facienda vetant connubia, facta retractant.

(a) c. 1. 29. q. 1. c. tua. de ſponſal. Errantis enim conſenſus eſt nullus. l. non idcirco. ff. de iur. & fac. ig. (b) c. 2. de coniug. ſeruor. (c) c. 9. ex. de vot. & voti redemp. vid. Nauar. Couar. Sa. Bec. de vot. (d) tàm ſpiritualis. to. ti. ex. de cog. Spir. & l ſiquis. C. de nup. quàm naturalis, In linea recta in infinitum. l. nuptiæ. l. fi. ff. de rit. nup. In tranſuerſa autem in primo gradu. l. libertinus, ff. eo. §. 1. Inſt. eo. l. nemini. C. eo.

(e) Nauar. in man. d. loc. (f) c. caue, q; 1. c. de infidelibus. ex. de conſang. & affin. c quanto. de diuort. l. 16. C. de Epiſc. aud. l. nequis. C. de Iudæis, & cælic. (g) l. Vn. C. de rap. virg. Nou. 143. (h) DD. in l. ſiquis. C. de nup.

(i) C.

(i) c.gaudemus,de diuor.c.nuptiæ 32.q.1.§. affinitatis. Inſt.de nup.l.2.C de inceſt.nup.(l) c.pen.de conſang.l. fi.C de inceſt.nup. (m) l.in cauſis.C.de repud.c.1.30.q. 1.c.2.& 3.de clandeſt.deſponſ.Schurff.conſ.1.n 8. cen.1. quia propter frigiditatem,& impotentiam coitus poteſt impunè diuortium fieri,& matrimonium diſſolui ſtatim,ſi de frigiditate conſtet:ſin dubium ſit, triennium expectatur,c.5.ex.de frigid.& malefic.De iure autem ciuili indifferenter triennium ſtatutum eſt, in Nou. de nup.§.diſtrahuntur,ver.per occaſionem.(n) c.6. ex. de raptor.l.vn. C.de rap. virg. atque tali temperamento Conc.Trid adhibito Matrimonium inter raptum, & raptam conſiſtere poteſt d.c.6.At de iure ciuili ſecus.d. l.vn.& Nou.de rap.mulier.In Nou.de ea, quæ raptori ſuo nubit.9.32.150. In Nou. vt conſenſu matrim. ſol. poſſ.140.

Impenſæ.

Impenſæ triplices ſunt, utilis, atq; neceſſi,
Suntq; Voluptatis: ſolue tamen medias.

l.1.l.5.l.impenſæ.ff.de impenſis.l.fructus. ff. ſoluto matr.

Imperium.

Imperium duplex, mixtumq;, merumq; vocabis,
Hæc duo mandari à principe ſæpe ſolent.

c.quod ſedem.de offic.ord.Alberic.Dec.in l.1.ff. de off.eius,cui mand.eſt iuriſd.Cagnolus in l.nemo. ff. de R.I.Vveſ.n.5.& 11 de iuriſd.quod leges de mero imperio negant.d.l.nemo.Hoc Imperium non vtendo etiam 10. annis amitti non poteſt.ff.de iuriſd.om.iud. in prin.

Impoſ-

Digitized by Google

Impoſsibile.

Vltra poſſe meum non lex me iuſta coegit,
Nec putat eſſe reum, qui totum poſſe peregit.

c.nemo.de R.I.in 6.l.impoſſibilium ff.de R.I.Et ideo ſi in contractu apponatur conditio impoſſibilis, talis conditio vitiat contractum ipſo iure Gloſſ in d.c. nemo.& tex in l.ſi ſtipuler ff.de V.O. Impoſſibile aliud Iuris,aliud facti,aliud naturæ,aliud perplexi &c.

Infamia.

Bina datur iuris, datur & infamia facti;
Dicitur à Nomicus hac grauis, atq; leuis.

l.ob hæc verba.ff.de his,qui not.infam.l. verbum.l. interlocutio.C.eo.Bald.in c.1.an remoueri teſtes.VVeſ. n.2.

In ius vocare.

Papa, Magiſtratus, nubens in iura vocari
Sub quinquaginta ſolidis de iure vetantur.

Quamdiu ſolemnia durant.l.2.3.4. ff. de in ius voc. VVeſ.n.5.& 6.eo.vid Citatio.Nota tamen,Reus citandus aut in continentibus locis,aut in longinquis degit. Si primum,Iudex eum curat citari per Nuncium, aut præconem,aut abſente Nuncio,vel miniſtro publico citare poteſt reum per partem aduerſam: Si ſecundum,citatur per Epiſtolam,ac plerumque peremptoriè, idque propter diſtantiam loci,& tunc citationi inſerenda eſt copia libelli.

Citatio cum ſit iuris naturalis,& diuini, per Papam, aut Imperatorem omitti non poteſt & ante lit. cont. citandus eſt principalis,poſt lit.cont.procurator, Item Syndi-

Syndicus citandus eſt, non Vniuerſitas; Infans autẽ, id eſt, minor ſeptennio, citari nõ poteſt ſed maior infante poteſt citari, vt cõpareat per tutorẽ, vel curatorẽ, Maior autẽ 25 annis de iure cõmuni, & 21. de iur. Sax. citari debet, ſed hodie cõmuniter citãtur Tut. & curatores. Citatio eſt multiplex, peremptoria die endtliche/ quæ in ſe particulam peremptoriè, & tantũ temporis, quantũ aliæ tres citationes complectuntur, continet. Verbalis die mündtliche/ vbique per præconem fieri poteſt, etiam in Eccleſia, modo citatus ſit ſub iuriſdictione Iudicis citantis, aliàs citatus non comparens non fit contumax, Creditur autem Nuncio Executori, cũ ſit iuratus. Tertia quæ fit ad domũ, ſi latitet, aut copia eius haberi non poteſt, aliàs ad domum fieri non debet, ſed in faciem citandus eſt. Realis citatio eſt, quando reus certas ob cauſas perſonali captura per Apparitores, vel miniſtros Iudicis ducitur ad iudicium, quæ etiam actualis dicitur, fitque tam in ciuilib. quam criminalib. propter metum fugæ, aut contumaciam.

Citatio Edictalis, ſeu per Edictum eſt denunciatio Iudicis Ordinarij reum ex longinquis, & diſſitis locis cum Commemoratione cauſæ, ſeu copia intentionis actoris ad iudicium vocans domui Rei, vel curiæ, vel valuis Eccleſiarum affixa.

Actor ſi curauit reum citari, poſtea autem contumaciam commiſit in non comparendo, cogitur reo viatica, litiſque ſumptus reddere, deinde non amplius ad agendum admittitur, niſi præſtita cautione de lite proſequẽda. Quando autem reus emanet, tunc actor eius contumaciam accuſat, & tunc ſi ſuper accuſata contumacia pronunciatum fuerit, de iure communi actor mittitur in poſſeſſionem rei petitæ ex primo, & 2. decreto, vel fit captio pignoris, In actione reali non imponitur ſecundum decretum.

Inſtru-

Inſtrumentum.

Scriba iurato, (a) *tres teſtes iunge rogatos,* (b)
Atq; locum , (c) *& nomen principis* , (d) *atque Dei.* (e)

(a) §.vt ergò.in Auth.de tabellion.Nou.44.c.1.de tabellion.Bald.de fid.inſtrum.n.1. (b) d.Nou.44. & Nou. 73.c.4. Quia Chirographum non probat debitum, nec eius ſolutionem, nec creditur ei,ſi ſit vltra 50. libras auri,etiamſi adſint tres ſibi ſubſcribentes, l.16. C. ſi certò pet. (c) l.2.C.de diuerſ.reſcrip.gloſſ.in l.generali. C.de tabul.l.cum tabernam.§.1 ff.de pign. & to.ti.ff. de fid. inſtrum.c.cum dilectus.ex.eo. (d) Bald.in c.9.de Vot.& voti redemp.vt Imper.nomen in inſtrum.Nou. 47. (e) d.No.47.c.1.

Inſtrumenti negati pœna.

Scripturam propriam, nummoſue dediſſe negando,
Falſi conuictus punior inde dupli.

Nou.18.c.8.imo nec Exceptio,niſi ſemel factæ ſolutionis,poteſt contra inſtrumentũ Guarentigionatũ opponi,vel ex eo,quod ex notis tabellionis præmortui,ab alio auctoritate Iudicis in publicam formam redactum eſt, plenam fidem meretur,& habet paratam executionem in dorſo,Inſtrumentum autem priuatum contra negantem non probat, niſi teſtes ſunt. VVeſ.de fid. inſtrum. ex. eo. Inſtrum. Guarentig. habens executionem in dorſo nullam Exceptionem admittit præter Excep. ſolutionis,liberationis,nullitatis, aut falſitatis Inſtrumenti , quæ in continenti probari debet per inſtrum. Confeſſionem &c.intra 15. dies.

In du-

In dubio benigniora ſunt præferenda.

In dubijs rebus ſemper clementior eſto
Leges, vel mores ni ſecus eſſe velint.

l.56.ff.de R.I l.aut facta ff de pœn.

In obſcuris minimum ſequimur.

Semper in obſcuris æqui ſit, Regula mandat,
Id quod erit minimum tutius eſſe ſequi.

l.9.ff.de R.I.& caſus eſt in l.ſi ita.§.1.ff.de leg. 1.c.in obſcur.de R.I.in 6.Niſi ſpeciali lege, aut ratione euidenti aliud definitum ſit.

Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur.

Ipſam rem, ſi ius ſequimur, cenſetur habere,
Cui, qua rem repetat, actio iure datur.

l. rem in bonis.ff.de acquir.rer.dom.l.15.ff. de R.I. quia nemo videtur re excluſus, quem prætor in integrum ſe reſtituturum pollicetur. l.nemo.ff.de in integr. reſt. Minus tamen eſt actionem habere, quàm rem. l. minus.204.ff.de R.I.l.plus cautionis.25.ff.eo.l.ſeruus.ff. de ſtat.hom. quia dubius eſt litis, quemadmodum belli euentus, & ſumptus in petendo maximi. l. quod debetur. ff.de pecul. l. 6.ff. de min.

Iudex

Digitized by Google

Iudex ſiquid facit, quod ad eius officium non pertinet, ratum non eſt.

Iudicis in meſſes alienas mittere falcem
Non eſt, quin potius limite ſtare ſuo.

l. Factum à Iudice. 170. ff. de R. I. Hottoman. Illuſt. quæſt. 26.

Iura ſanguinis ciuili iure non dirimuntur.

Multa licet tollat ciuilis ſanctio Iuris;
Iura tamen nunquam ſanguinis abſtulerit.

tex. in § fi. Inſt. de legit. agnat. tutel. l. eas ff. de cap. dimin. l. 2. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.

Ius Gladij, vel alterius coercitionis ſibi datum ad alium transferre non poteſt.

Quæ tibi mandatur ſpeciali iure poteſtas,
Solus habe, hanc alijs haud tribuiſſe iuuat.

l. nemo poteſt gladij poteſtatem. 70. ff. de R. I. Quemadmodum enim ipſum Imperium transferri non poteſt; nam is cum Imperio erat, cui à pop. nominatim dabatur imperium, ait Feſtus; ita nec ius gladij, hoc eſt, ius tribunal aſcendendi, & in eo gladium erigendi. Ræuard. hic. Ratio eſt in l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. arg. l. 8. ff. de tranſ. & l. 3. ff. de accuſ. Siquidem Prætores, & præſides iure Imperij habebant ſpecialiter

Digitized by Google

lictores, fasces, ſecures, gladios &c. Gell. lib. 10. c. 12 & 14 Exemplo Procuratoris hæc dici poſſunt, qui generali mandato accepto, quædam ſine ſpeciali mandato expedite non poteſt, ideoque nec tranſigere. l. mandato. 60. ff. de proc. l. nulli. ff. de tranſac. l. 8. C. eo. Nec pignus ſoluere, l. ſi conſentit. §. 1. ff. qui. mo. pig. vel hyp. nec alienare l. procurator totorum. 63. ff. de proc. Nec in integrum reſtitutionem petere. l. illud. §. 1 ff de min. Imo quædam ne mandari quidem poſſunt, l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. quæ miſti ſunt imperij, & ſingulariter prætoris cognitionem deſiderant. l. cum hi. ff. de tranſ. l. placet. C. de pedan. Iud. licet aliàs cauſæ meri imperij propter publicorum negotiorum abſentiam delegari, aut demandari poſſunt, ne cum periculo ſalutis ſuæ reus diu detineatur. Alciat. 2. paradox. c 2. vid. Imperium.

Iudicare nequeunt.

Mutus naturâ, vel motus lege Senatu, (a)
Moribus & mulier dicere iura nequit. (b)

(a) l. cum prætor. l. 77. ff. de iud. l. quidam. 57. ff. de re iud. excepto cæco. l. cæcus ff. de iud. Duarē. diſp. lib. 2. c. 23. (b) l. 2. ff. de R. I. veniā tamen ætatis impetrant mares poſt 20. annum: fæminæ à decimo anno, vt pro maioribus habeātur. Iudices ſunt quintuplices, 1. Ordinarij, qui vel à iure ſuo, vel principis beneficio vniuerſaliter iuriſdictionem exercere poſſunt. l. maiore maiorum. ff. de iuriſd. om. iud. Tales ſunt papa, Archiepiſcopi, Imperator, Reges. Electores duces &c ſecundo Delegati, ſiue Commiſſarij, qui ex alterius commiſſione alicuius cauſæ recipiunt iudicialem cognitionem, tales conſtitui poſſunt ab Ordinarijs, Tertio ſubdelegati, quibus cauſa, vel aliquid de cauſæ medijs à Delegato committitur. Quarto, Arbitri, qui de communi partium conſenſu eliguntur, & in eos compromittitur ſub ſtipulatione pæ-

næ,

næ, quam pars à laudo, ſeu iudicatis, recedens præſtare parti aduerſæ cogitur. c. 2. q. 6. horum ſententia Laudum dicitur ein vrtheil der willkürlichen Richter. Quinto Arbitratores ſunt amicabiles compoſitores de communi quoque partium conſenſu, abſque tamen ſtipulatione deſignati. Differunt hi primò, quod in arbitrum fit cõpromiſſio (Verantlaſſung) ſub ſtipulatione, in arbitratorem non. 2. Arbiter cognoſcit ad modum Iudicis, hoc eſt, tenetur ordinem Iuris ſeruare. l. 1. ff. de recep. arb. Arbitrator ſecundum æquitatem ſibi viſam pronunciat. Iudex prohibetur quis fieri natura, vt mutus, ſurdus, impubes. lege, vt qui ſenatu motus eſt. Moribus, vt fæminæ, & ſerui. Infamis non poteſt eſſe Iudex, poteſt tamen eſſe arbiter. Excommunicatus non poteſt eſſe arbiter, poteſt tamen eſſe arbitrator.

Aſſeſſor eſt, qui aſſidet in iudicio Iudici, & eum, ſi forte Iudex eſt imperitus ad rectè decidendam cauſam inſtruit, aliàs, dicitur Conſiliarius. Infamis non poteſt eſſe Aſſeſſor. Aduocati eſſe prohibentur ſurdus, mutus, cæcus, perpetuò furioſus, ſeruus, mulier, minor annis 17. &c. Canis. hic. Procuratores eſſe prohibentur illæ, perſonæ, quæ & aduocati, dẽpta tamẽ Infame, qui poteſt eſſe procurator Syndicus ille dicitur, qui ab Vniuerſitate ad iudicia cõſtituitur. Procurator eſt, qui mãdato domini aliena negotia curat. l. 1. ff. de proc.

Defenſor eſt is, qui ſine mandato præſtita cautione de iudicato ſoluendo alium in iudicio defendit.

Iudicium.

Iudicium triplex eſt perſonale, reale,
Et mixtum, quod rem vendicat, aut repetit.

VVeſ. de iud. n. 4. & to. ti. ff. eo. Iudicium aliud criminale, velut de homicidio, adulterio, hæreſi, furto, iniuria &c. idque tripliciter inſtituitur, per accuſationem,

Inquiſitionem aut denunciationem. Aliud ciuile, vt in actionibus rei vendic empti, venditi, locati, conducti, commodati &c. Aliud mixtum, vt de accuſatione adulterij quoad ſeparationem thori. Aliud Eccleſiaſticum, aliud ſeculare: Iudicium conſtat ex 4. Iudice, actore, reo, & cauſa, quæ in iudicium deducitur, quod de Iudicio cōtentioſo intelligitur. Hinc definitur Iudicium, actus legitimus trium perſonarum in iudicio conſiſtentium. c. forus. ex. de V. S Quandoque tamen etiam aliæ perſonæ ſunt neceſſariæ, quales ſunt teſtes, aſſeſſores, aduocati, procuratores &c.

Iudicium præterea aliud eſt petitorium, aliud poſſeſſorium, aliud Ordinarium, aliud extraordinarium.

Iudicium Eccleſiaſticum eſt, quod coram Iudice Eccleſiaſtico agitatur de rebus Eccleſiaſticis, præcipuè ſpiritualibus veluti de matrimonio, de beneficijs Eccleſiaſticis, & his annexo iure patronatus. Adde & Clericorum ciuiles cauſas, vbi conueniuntur, ad Eccleſiaſticum Iudicem pertinere, idque ſingulari priuilegio clericis conceſſo tàm ex conſtitutionibus ciuilibus, quā Canonibus, adeo quod huic priuilegio Clerici renūciare etiam iurato non poſſint. Auth. Clericus. Auth. Statuimus. C. de Epiſc. & cleric. præterquā ſi clericus Vaſallus ſit, & de feudo ſuo controuerſia oriatur, nam hoc caſu ad notionem Domini feudi etiam ſecularis reuocatur. Item ſi prima tantùm tonſura initiatus, aut etiam in minoribus conſtitutus, aut coniugatus ſit Clericus, niſi ſeruata forma à Concil. Trid. præſcripta, aut ſi bigamus ſit, aut ſi ioculatoriam artem per annum exercuerit: nam & hoc caſu Clericus priuilegium fori ipſo iure amittit, imo exuitur omni priuilegio clericali, ſicut aſſaſſinus. Iudex autem Eccleſiaſticus non quiuis adeundus eſt, ſed is tantùm, in cuius territorio Clericus, qui conuenitur, vel domicilium fouet, vel contraxit, vel deliquit, vel vbi res, de qua controuertitur, ſita eſt: His

enim

enim modis Clericus forum Eccleſiaſticum ſortitur, ſicut & laicus forum ſeculare, quando Sc. de re ciuili, non Eccleſiaſtica (nam hæc ad Iud. Eccleſiaſt. pertinet) inter laicos, vel inter Clericum Actorem, & Laicum reũ contentio eſt: Etenim in cauſa ciuili generaliter receptum eſt, actorem forum rei ſequi debere. Sed & Clerici, & Laici iuriſdictionem alterius iudicis prorogare poſſunt, veluti per reconuentionem per conſenſum, per admiſſionem in Collegium, ſeu Vniuerſitatem aliquam. Per reconuentionem, ſi in eodem iudicio reus actorem ſuum reconueniat; nam, actor ex alia etiam cauſa in eodem iudicio Reo reſpondere cogitur, licet actor aliàs alterius fori ſit. Per conſenſum, ſi vterque actor, & reus alteri Iudici ſe ſponte ſubijciant, quod quandoque tacitè fit, ſcil. in eo qui vocatus ad alium Iudicem coram illo ſe ſiſtit, & reſpondet, non ignorans eum eſſe Iudicem non ſuum. Secus ſi alius pro alio Iudex per errorem aditus ſit; hoc enim caſu non fit prorogatio, ſed iudicium eſt nullum. In Clerico tamen ſingulariter conſtitutum eſt; quod hic in alium Iudicem Eccleſiaſticum conſentire non poſſit ſine conſenſu ſui Epiſcopi. c. 18. ex. de for. comp. Per admiſſionem in Collegium fit prorogatio; ideo quod is, qui admittitur, notioni præfecti Collegij ſubijciatur. Vbi tamen dubium eſt, an vocatus de iuriſdictione vocantis ſit, tenetur vocatus comparere, ipſeque Iudex æſtimabit, an ſuæ ſit iuriſdictionis. Iudicium poſſeſſorium eſt: in quo de ſola poſſeſſione, vel quaſi contenditur ſiue adipiſcenda ſiue retinenda, ſiue recuperanda. Poſſeſſio eſt propriè rerum corporalium, quaſi poſſeſſio rerum incorporalium. Iud. petitorium eſt; in quo de rei proprietate, vel de alio iure agitur, extra poſſionem, vel quaſi, purà, ſi res vendicetur. hæreditas petatur, actio Empti, locati &c. intentetur. Poteſt autem vtrumque Iudicium ſimul coniungi, & cumulari vno, eodemque libello, quod fit, quando ſimpliciter res

petitur reſtitui. Quin & iure obtentum eſt, vt ſi ſeparatim Petitorio actum ſit, & nondum pronunciatum, vel conclusum in cauſa, recurri poſſit ad poſſeſſorium, nec enim agendo Petitorio, videtur quis poſſeſſorio renunciaſſe, cum nihil cōmune habet proprietas cū poſſeſſione. c. 3. 4. 6. ex. de cau. poſſ. Conſultius tantum fecerit, qui petitorio Iudicio experturus eſt, ſi priùs diſpiciat, an poſſeſſorio Iudicio nanciſci poſſit poſſeſſionem propter commodum poſſeſſionis, quod in eo vertitur, quod adepta poſſeſſio cogetur aduerſarius ad onera petitoris id eſt probare, rem ad ſe titulo aliquo pertinere, & ſi hic probatione defecerit, remanebit apud aliū poſſeſſione: Cum enim obſcura ſunt vtriuſque iura, contra petitorem iudicari ſolet. c. cum de R. I. in. 6.

Iudicium Ordinarium dicitur, in quo ſolenniter ſeruato Iuris ordine proceditur, hoc eſt cum oblatione libelli, litis conteſtatione iuramenti calum. præſtatione. In Iud. Extr. ſine ſtrepitu, ac figura iudicij proceditur, ſic tamen vt legitima citatio præſtatio iuram. Calum. non excludantur, & ſententia definitiua in ſcriptis feratur à Iudice ſiue ſedente, ſiue ſtante, ſi nequeat ad concordiam ducere. An Clericus, & quibus caſibus coram Iudice ſeculari reconueniri poſſit, vide Caniſ.

Iudicij partes.

Iudicij partes ſunt conteſtatio litis, (a)

Iudicis & dictum, (b) cætera ſed mediant.

(a) C. de lit. conteſt. l. 1. & l. iudex. ff. de reiud. (b) l. amplius. ff. rem rat. hab. Auth ad hæc C. de iud.

Si plures conſtituti ſunt Iudices, omnes pronunciare debent, nec vno abſente valet reliquorum ſententia. l. duo ex tribus ff. de re iud. Idem eſt de arbitris. l. 20. ff. de recep. arbit. Iure Can. duobus ex tribus permiſſum eſt, in cauſa compromiſſa procedere, tertio etiam contumaciter abſente c. 2. ex. de arbitr. Nota quod Inſtantia

ſtantia Iudicij per lapſum triennij non pereat c.pen.ex. de iud.contra l.pen.C.eo.in quo & Camera Imperialis teſte Mynſing.ius Can. ſequitur.

Iudicium publicum.

Publica dicuntur, quæ certa lege notantur,
Iudicia: (a) *hæc populum tangere quæque ſolent*: (b)

(a) §.2.Inſt.de pub.iud.l 1.ff.eo.(b)l.7.C.de hær. & Manichæir, & Samaritis. Iudicia publ.publicam tranquillitatem tuentur.

Iuramentum triplex.

Iuramentorum triplex opponitur ordo. (a)
Hac inter ſolum iudiciale refer. (b)

(a) SC. neceſſarium , voluntarium, & judiciale. (b) l.1. ff. de iureiur.l.ius iurandum.17.l.admonendi. ff.eo.l.3.C.eo.(b) l.iuſiurandum.3.§.ait prætor. ff.eo. Si actor nihil probauit,non poteſt deferre iuramentum iudiciale,ita vt reus iurare cogatur,vel referre. Quia eſt regula iuris,actore non probante reum abſolui debere, c.ſi.ex.de iureiur. Niſi quis propriam Scripturam negaret.§.ſi tamen.Nou.37.de inſtrumen. cautela.

Iuramenti Conditiones.

Iurandum verum, (a) *ſit libertate beatum*, (b)
Sintq; boni mores, (c) *iudicium*, (d) *& pietas*: (e)

(a) c.ſi vero.c.verum c.veritatis.ex.de iureiur.(b) di c.ſi vero.c.verum.ex.eo.(c) c.non eſt.de R.I.in 6.(d) c. etſi (e) c.cū quidam ex.eo.Has etiam conditiones tacitè recipit.ſi tu obſeruaueris,ſi dominus, pater, maritus, &c.permiſerint.Peck.de R.I.in 6.quem vide latiùs.

Digitized by Google

Iuramentum Calumniæ.

Illud iuretur, quod lis ſibi iuſta videtur,
Et ſi quæretur, verum non inficietur.
Nil promittetur, quò falſa probatio detur.
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur,
Atq; hoc præſtetur, cum lis teſtata ſcietur.

l.2.& to.ti.C.de iureiur.prop.calum. ex. de iuram. cal.& in 6.eo.22.q.1.22.q.5. Lite conteſtata, aut etiam nõ conteſt ijs ſc.caſibus, quibus conteſtatio litis non requiritur, deuenitur ad iuram. calum. non tantum ab actore,& reo,ſed. & ab eorum procuratoribus præſtandum.d l.2.C.eo. Quod iuramẽtum præſtatur hac forma ab actore, vt iuret, ſe non animo calumniandi litem intendere, ſed quod exiſtimet, ſe bonam cauſam habere; A reo autem, quod putet, ſe iuſte reſiſtere opinione iuris ſui: Ab vtroque autem, quod nihil patrocinij gratia Iudicibus, aut alteri cuicunque in cauſa vel dederit, vel promiſerit, vel etiam daturus ſit per ſe, vel alium, præterquã Aduocatis Honoraria, cæteriſque, quibus à iure dari permittitur. Item quod neuter exiget probationẽ, quam non exiſtimauerit neceſſariam, Auth. principales. Auth. in iſto. C. de iureiur. prop. calum. Neque intereſt actor, vel reus per ſe, an per procuratorem, hoc iuram. præſtet, dũmodo id ſpecialiter procuratori demandatũ ſit. proinde hic poſterior & in cauſam Domini, & in ſuam, iurabit. Adde quod Iuram. calum. in cauſa appellationis repeti debeat, imo & in quauis Iudicij parte præſtari poteſt. Quod & obſeruandum in Iuramento de veritate dicenda. Iuramentum autem malitiæ poteſt Iudex exigere à partibus, quoties expedire viderit, etiamſi antea de calumnia, vel veritate iuratum ſit. Et licet conſuetudo, ſiue pactum non valeat, ne Iuramentum

calum-

Digitized by Google

calumniæ præſtetur, attamen obtinuit, vt iuramentum ca umniæ tacitè in tota cauſa omitti poſſit, neque ob id proceſſus iudiciarius infirmatur, c ſi ex eo. c. 1. eo. in 6. Pæna detrectantis Iuram. cal. ſi actor eſt. ab inſtituta actione cadit, ſin reus, habetur pro confeſſo. Olim actor calumnioſè litigans in decima parte litis puniebatur Hodie verò pœna periurij, & Victori condemnabitur in expenſis Inſt. de pæn. temerè litigant. Vid. pænam tem. lit. Aduocati hodie non præſtant Iuram. calum.

Iuriſdictio.

Sicut res ſtabilis: denis præſcribitur annis
Cum fundo, aut denis bis Iuriſdictio; (a) citra
Fundum ter denis, (b) veluti res corpora expers.

(a) Bald. in l. fi. C. de præſcrip. long. temp. Boer. deciſ. 227. n. 9. per c. in literis de iure patrona. (b) vel 40. c. auditis. c. cum olim. de præſcrip. V Veſ de præſcrip. n. 9.

Ius patronatus.

Iure patronatus captat præbenda Miniſtrum,
Quo præſentato deſinit eſſe vacans.

c. in literis, c. nobis. ex. de iur. patron. Felin. & Abb eo. Nihil eſt aliud, quàm ius præſentandi ad beneficium vacans vulgò Geiſtliche Lehenſchafft/ wie ein Lehenherr die preſentirung/vnd einſetzung der Prieſter vornehmen ſoll. Ius patronatus 3. modis acquiritur. 1. ſi quis conſtruit Eccleſiam ſuis Expenſis. 2. cum Eccleſiam reditibus dotat. 3. cum propter illam aſſignat fundum, vt ibi Eccleſia extruatur. d. c. nobis. Et ſic in vna Eccleſia poſſunt concurrere tres patroni. Patronus non habet ius inſtituendi Rectorem Eccleſiæ, ſed tantam præſentandi Epiſcopo, vel eius Officiali. c. præterea ex. eo. Patronus tenetur defendere Eccleſiam, ne bona indebitè dilapidentur.

Digitized by Google

Si patronus deueniat ad paupertatem, tunc ex bonis Eccleſiæ ſibi ſubueniri debet. Sicut patronus non habet ius inſtituendi rectorem Eccleſiæ, ſed tantum præſentandi: ſic nec Epiſcopus ſine præſentatione Patroni Rectorem inſtituere poteſt, & ſi inſtituat, Inſtitutio ipſo iure nulla eſt.

Epiſcopus tenetur præſentatum recipere, niſi aliquid in eius perſonam obijciatur. d. c. paſtorali. Et quod Abb. dicit in c. quod autem de iur. patr. Non valere conſuetudinem, vt Laicus ius habet conferendi Eccleſiam, hoc tantùm procedit in Eccleſijs, quæ habent curam animarum: Secus autem in ſimplicibus beneficijs non curatis. Felin in c. dilecti, de teſtib.

Aduocatæ appellatione continetur etiam Ius Patronatus.

Ius patro. tranſit ad hæredes Patroni tam fœminas, quam maſculos. c. 1. ex. de iur. patr.

Cum Patroni diſcordant in præſentando Rectorem Eccleſiæ, tunc fertur præſentatus à maiori parte, ſi eſt idoneus.

Cum plures Patroni plures Rectores Eccleſiæ præſentant, & in vocibus pares ſunt, veluti ſi duo eligant vnum, & alij duo pariter vnum, tunc Epiſcopus loci, vel eius Officialis eligunt, qui ipſis magis idoneus videtur.

Patroni poſſunt inter ſe ſe conuenire, vt alternis vicibus repræſentent. c. ſi. ex. eo.

Ius Patronatus poteſt teſtamento in alium transferri. Abb. in c. 1. ex. eo.

Ius Patronatus non poteſt legari in teſtamento, niſi conſenſu Epiſcopi. Abb. in c. cum ſeculum.

Licet ius Patronatus per ſe vendi nō poſſit. c. quia. ex. eo. tamen cum Vniuerſitate vendi poteſt, puta, ſi quis vendat villam, vel caſtrum, tunc enim ius Patronatus, quod ibi venditor habet, tranſit. c. ex literis. Et hoc ita demum

demum procedit, ſi in venditione Ius patronatus exprimatur. Et ideo ſi in Inſtrumento venditionis ſcriptum ſit, Caſtrum cum Patro. iure venditum eſſe, non valet venditio.

Ius Patronatus pignorari non poteſt, neque ſeparatim, neque cum Vniuerſitate. Felin.

Rector Eccleſiæ tenetur rationem reddere adminiſtrationis Patrono Eccleſiaſtico; non autem ſeculari, & hoc in genere, non autem in ſpecie Abb. Der Pfarh. oder Beneficiat iſt dem Lehenß von der Pfar einkunfften einige Raittung zuthun nit ſchuldig/ wan der Lehenß. ein Weltlicher were.

Ius patronatus non tantum maſculis competit, ſed etiam fœminis. Abb. in c. fi. ex. de conceſſ. præbend. Ideo Iure patronatus non tantũ maſculi ſuccedunt, ſed etiam fœminæ.

Si ſit ſtatutum, vt filia dotata in Succeſſione à maſculis excludatur, tunc etiam in ſucceſſione iure patronatus excluditur Cauſa Iuris Patr. ſpectat ad Iud. Eccleſiaſticum, c. 3 ex. de iud. Huic accedit, quod de illis dignitatibus & Beneficijs quibuſcunque, quæ vacabunt de Februarij, Aprilis &c. menſibus liberè diſponitur per illos, ad quos eorum collatio, prouiſio, præſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinebit: Quoties autem aliquo vacante beneficio Ianuarij, Martij &c. menſibus ſpecialiter diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſeruatis non apparuerit infra 3. menſes, à die notæ vacationis in loco beneficij, quod de illo alicui Apoſtolica auctoritate prouiſum fuerit, ex tunc ordinarius, vel alius, ad quem diſpoſitio pertinet, diſponere poteſt. De dignitatibus, perſonatibus, Monaſterijs Virorum, officijs, & beneficijs ſecularibus, ac regularibus quibuſcunque, quæ auctoritate d. Sedis conferentur, vel de quibus prouidebitur (præterquam vigore gratiarum expectatiuarum, aut cauſa permutationis) ſoluantur annatæ, ſeu medij fructus

Digitized by Google

primi anni à die vacationis, & poſſeſſionis infra annum, De cæteris, qui valorem 24 florenorum auri de Camera non excedunt; nihil ſoluatur.

Ius Canonicum, & Ciuile.

Si ſit ius Canonum obſcurum, Ciuile iuuabit;
Sin à ſe diſtent: ſeruit vtrumq; ſibi:
Aſt vbi peccatum foueant Ciuilia iura;
Candida dum vitijs numina contemerant.
Vt ſunt vſura, præſcriptio, concubinatus,
Iſtis exploſis, conſulito Canones.

c. fi. ex. de præſcrip. vbi autem ius Can. in re aliqua deficit: ibi licitè recurritur ad ius Ciuile, & è contra: ſupplendi, vel interpretandi alterius cauſa. c. 1. ex. de no. op. nunc. Ius diuinum eſt, quod legibus veteris, & noui teſt. continetur.

Ius prothemiſeos, ſeu Congrui. Standtrecht.

Ius prothemiſis cognatis quæritur in re
Conſtanti, quæ ſit vendenda, locanda, phytanda:
Si cupiat pretium, triginta afferre diebus.

Der Landtbrauch vermag/wan einer ein ligendes gut zu verkauffen willens iſt/daß er ſchüldig ſeye daſſelbe ſeinen geſipt en Freunden anzuſagen/ welche dan an ſolchem Gut den vorkauff haben/im widrigen ſie den kauff impugniren können.

Vide.

Vide Matth. de affic. de iure prothemiſ. De iure communi Ius prothemiſeos non habet locum. l. dudum. C. de contrahen. Emp. nec cogitur prius vendere proximis, quam extraneis, ſed in veteri teſtamento Ius prothem. propinquis competebat, Ierem 32. Idem conſt. t. Friderici Imper. conſtitutum eſt, & conſuetudine introductum.

Ius venandi.

Tranſtulit ad proceres venandi Iura Fridricus, (a)
Vt ſpeciem ſaluet, Ruſticus arua colat. [b]

(a) c. § ſiquis ruſticus. verſ. nemo retia. De pace tenen. in vſib. feud. 2. feud. 27. l. littora. ff. ne quid in loc. pub. imo Principes illud præſcripſerunt. Vveſ. de acquir. rer. dom. in fin.

(b) Auth. Agricultores. C. quæ res pig. l. 2. ff. de fer. ll. per agrum. C. de ſeruit. & aqu.

Ius adcreſcendi.

Accreſcendi fit Iuris coniunctio verbis,
Re, verbis & re, Creſcere quaque ſolet.

l. plano. ff. de leg. 1. l. 1. ff. de vſufr. accreſcen. l. triplici. ff. de V. S. l. re coniuncti. ff. de lega. 3.

L

Laudemium.

Emphy-laudemium pars quinquageſima-teuſis
Debetur Dominis, ſin Emphyteotica vendis.

Si domini conſenſu alienatio Emphyteuſeos facta eſt, ſoluitur Domino quinquageſima pars precij, ſiue æſtimationis rei Emphyteuticæ ab Emphyteuta, quæ pars vulgò dicitur Laudemium à Laudo, id eſt, nomino, ſiue certiorem facio. Sin verò ſolutio Canonis, ſeu penſionis vltra biennium in Emphyt. Eccleſiaſtica, vel triennium in ſeculari ab Emphyteuta protracta, vel ſi ipſa Emphyteu. vendita fuerit, nulla denunciatione facta domino, vel denunciatione quidem facta, ſed non expectato termino 2. menſium, qui Domino conceduntur ad deliberandum, vtrum oblato precio velit Emphyteuſin ad ſe recipere, Emphyteota eijci poteſt à Domino. Porro in colono remiſſio penſionis pro rata rectè petitur, ſi ſterilitas fortuito, vel vitio rei inciderit, niſi modica ſit, vel vbertate præcedentis anni compenſari poſſit. Diuerſum eſt in emphyteota, cuius periculo cedit ſterilitas, tum etiam ipſius rei particularis interitus, At totius rei interitus liberat eum à Canone. l. 7. C. de iur. Emphy. Sicut & ſi ſterilitas anni tanta ſit, quid fructus præcepti Canonem non adæquent, ex benigniori ſententia DD. Alex. Bar. &c.

Legatum.

Res data commiſſis non differt, cura tutelis,
Idem curator, tutor & eſſe ſolent.

l. 1. ff. de lega. & fideicom. 1. §. ſed non. Inſt. eo. l. 2. C. commun. de lega.

Legatum falcidiâ minuitur.

Legatum minuunt leges falcida, Trebellans,
Hæc fideicommiſſum, legitimam illa ſecat.

Inſt. de ſing. reb. per fideicom. relic. & de Cod. ff. ad l. Falcid. vid. SC. Treb. Legata ad pias cauſas in teſtamento minus ſolemni relicta legatarijs debentur. c. relatum. & c. cum eſſes. de teſt. Procedit in teſtamento minùs ſolemni, & imperfecto ratione ſolemnitatis. d. c. relatum. Vbi valet vlt. voluntas ad pias cauſas coram duobus teſtibus Nam 7. regulariter requiruntur, l. hæredes. §. pen. ff. de teſtam. quamuis in teſtamento ruri facto etiam 5. ſufficiant, Angel. verb. teſtamentum, n. 4. Fallit in teſtamento minus ſolemni & imperfecto ratione voluntatis, Nald. verb. legatum. n. 5.

Legatum annuum.

Annua ſi debes, tunc reſpicies caput anni, (a)
Anno ſi debes, in fine teneberis anni. (b)

(a) l. 4. l. cum in annos. ff. de ann. & menſt. leg. l. 10. l. 20. ff. quand. dies leg. ced. l. 1. C. eo. (b) l. habitationis. ff. de vſu, & vſufr. & redit. l. cum præfinitione. ff. quan. dies lega. l. qui hoc anno. ff. de V. O. Eſt tamen vna ſtipulatio, licet legata ſic relicta ſint plura, & ideo plures habent actiones. Et licet ſtipulatio primo caſu pura ſit, ratione primi anni, ratione tamen ſequentium, eſt in diem, & ſub conditione, Si viuam, aliàs non debetur.

Legati actiones.

His tribus annexis legata relicta petuntur:
Vendico, condico, ſiue hypothecar ago.

Illi.

l.1.& 2.C.com.de lega. & ff.de leg.1. per tot. Species tamen, & res ſæpius ab eodem teſtatore legata ſemel tantum debetur, eo quod corpora non multiplicantur, ſed repetita tendit ad executionem vnius, vnde nec æſtimatio peti poteſt: ſecus eſt, ſi in duorum teſtamentis res eadem legata ſit, quia ſi rem primò conſecutus eſt Legatarius, agere quidem nō poteſt, ſed ſi æſtimationem primò aſſequitur, ſalua ei ad rem manet actio, quia res eſt in obligatione, non æſtimatio. ff. & C. eo. d. l.

Legatorum, & ſtipulationis dies.

In ſtipulando dies; quo contrahi(a) in & relictis,
Cedere quo ſoleant, reſpiciendus erit.(b)

(a) l.18. ff de R.I. idque tàm in actibus inter viuos. t. t. Inſt. & C. per quas perſo. nob. acq. quàm in vltimis voluntatibus verum eſt. l.7. ff. de leg.1. l. placet. ff. de acquir. vel omitt. hæred. (b) l. ſi cui. ff. de leg.1. l.5 ff quand. dies lega. Ratio differentiæ inter hæc genera acquiſitionis eſt, quod cùm in legatis nullum factum legatarij requiratur. l. ſi vxorem. l. pater. §. Suido. ff de leg.2. rectè tempus exiſtentis conditionis conſideratur.

Legitima.

Quattuor; aut infra dant natis iura trientem.
Semiſſem verò dant natis quinque, vel vltra.

Nou.115. Auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtam. & ſine omni grauamine legitima liberis ſuis relinqui debet. l. quondam. C. eo neque per modum legati, vel fideicom. ſed iure Inſtitutionis.

Legitima olim 4. pars.

Tertia legitimus datur: (a) olim quarta bonorum.
Nec minor hæredum portio facta tenet.

(a) l.

(a)d. auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtam. ff. eo. (b) l. 6. C. eo. VVeſ. n. 6. eo quia legitima iure naturæ debetur. l. quondam. C. de inoff. teſtam.

Lex pompeia.

Lex pompeia ſolet paricida imponere pœnam:
Culeus hac olim, (a) nunc manet unda maris. (b)

(a) §. alia. Inſt. de pub. iud l. 1. & pen. ff. ad l. pomp. exceptis iis, qui parentum aut liberorum appellatione continentur, ſi quis alias perſonas ſanguine iunctas occiderit, lege Corn. de ſicariis tenetur. d. §. alia. & l. pen. ff. eo. (b) alii aliter puniunt. Vid. VVeſ. eo. vid. pœna.

2.

Fœtum maiorem, deniſque quaterque diebus
Sin abigat mater, pompeius crimen onuſtat, (a)
Sin alius faciat, crimen Cornelia ſtringit. (b)

(a) l. 1. ff. ad l. pomp. de paricid. l. Cicero. ff. de pœna conſt. Imp. c. 13. Exod. 21. verſ. 22 & 23.

(b) c. ſi verò. cum ſeq. 37. q. 2. l. ſi quis. §. abortioni. ff. de pœn. Ante 40. à conceptione diem mitiori pœnæ locus eſt. l. ſi mulierem. ff. ad l. Cor. de ſic.

Lex Cornelia de ſicariis.

De falſo, (a) incenſo, (b) tractat de cæde, (c) veneno (d)
Dictator Sylla hac omnia lege tulit. (e)

(a) l. 1. ff. ad l. Cor. de ſic. l. 1. & per to ff. ad l. Cor. de falſ. (b) Sc. dolo malo commiſſo: nam ſi culpa admittatur, ceſſante publico iudicio ciuiliter in duplum erit agendum. l. diuus. ff. de extraord crim. vid. ſupr. de incend. ruin. naufrag. atqui per fraudem incendia faciũt,

gla-

gladio olim feriebantur. l. ſiquis. ff. ad l. Cor. de ſic. Hodie ſecundum pœnā talionis incendio abſumuntur, qui illa excitarunt incendia. Ord. Imp. c. 125. l. capitalium. ff. de pœn. l. qui ædes. ff. de incend. ruin. naufr. vid. pœna l. Cor. (c) d. l. 1. & 3. ff. ad l. Cor. de ſic. (d) l. 2. 3. 7. C. de malefic. & mathem. l. capitalium. ff. de pœn. Sed & concremari veneficos Conſtantinus voluit, d. l. 3. C. de malefic. Eos Sc. qui magicis artibus, ac ſortilegijs veneficia exercent: nam qui citra has artes venenis clam interficiunt, velut graſſatores puniuntur mares rotâ, fœminæ aquâ. Gerlam. de ſortileg. par. 11. n. 2. 3. & 4. Ord. Imp. c. 130. (e) l. 1. ff. de orig. iur.

Lex Cornelia.

Si fœtus maior, deniſque quaterue diebus,
Plectitur occidens, (a) ſi minor exilium eſt. (b)

(a) l. 1. ff. ad l. pomp. de paric. l. ſi mulierē. ff. ad l. Cor. de ſic. l. ſi quis. §. abortioni. l. Cicero. 9 ff. de pœn. l. pen. C. de ſic. c. 5. ext. de homic. Ord. Imp. c. 133. (b) l. 4. ff. de extr. crim. infantem exponens extraordinariè punitur. l. 2. C. de infant. expoſit. Aliàs ordinaria huius l. pœna eſt capitalis, pro delicti tamen qualitate extra ordinem procedi poteſt. Lex Cornelia de falſis, vid. SC. Libo.

Lex Voconia.

Ne plus legetur, capiat quàm forſitan hæres,
Id modo ſublatum eſt, voconia mortua lex eſt.

Inſt. de lege falcid.

Lex Scribonia.

Seruitus, & reliquum fuerat quod corpore expers,
Præſcribi vetuit lex pia Scribonia.

l. 2. C. de ſeruit. l. corruptionem. ff. de vſufr.

Lex

Lex Falcidia.

Falcidiâ, leges ne plus dodrante, cauetur,
Pars apud hæredem vt quarta manere queat.

§.2.Inſt.de lege falcid.l.2.l.6 l.fi.C.ad l.falcid. ff. eo. hæc etiam ab inteſtato locum habet, Sc. in fideicommiſſ. per codicillos relictis.l. filiusfam. ff. eo. Non tamen in pijs legatis. Nou. 131.c.12.& cum teſtator expreſsè prohibet detrahi. Auth. ſed cum teſtator. C.eo.de hæredib.& falcid.Conſt.1.lex falcid.vulgò dicitur. Gerechtigkeit deß Erben/wie er ſein theil haben könne.

Lex ælia ſentia.

Credenti auxilium lex ælia ſentia præſtat,
Dum libertatem fraude datam reuocat.

l.7.8.10.12.ff.qui & à quib.manumiſſ.lib.

Lex Iulia de annona.

Viginti ſolidos annonam ſolue flagellans
Ne patria annonam charius hinc habeat.

l.2.§.2.ff.ad l.iul.de anno.§.poſt natalem S.Mariæ,de pace tenen.2.feud.27. ſuperiores, ſi annonam flagellent,extra ordinem puniuntur.l.annonam.ff.de extraord.crim.l.pen.ff.ad l.iul.de falſ.

Lex Regia.

Regia lex prohibet, mulier quod debet humari:
Nam prius exſcindi partus abinde ſolet.

l.2.ff.de mort.inferen. Hanc legem Regiam, (qua permiſſum fuit, vt poteſtas legis faciendæ tranſeat de populo ad principem.l.2. ff.de orig.iur.) non amplius

ex-

Digitized by Google

extare. notant DD. in §. ſed & quod principi placet. legis habet vigorem, idque lege Regia. Inſt. de iur. nat. gent.

Lex Remmia.

Remmia lex vrit, ſi facta calumnia, frontem; (a)
Tolle hoc, (b) at ſimplum; (c) aut redde modo quadruplum. (d)

(a) l. 1. ff. ad SC. turp. l. quæſitum. ff. de teſtib. (b) l. ſi quis. C. de pœn. (c) l. 1. ff. de calumniat. VVeſ. ibid. d. l. 1. ff ad SC. turp. (d) d. l. 1. & ſeqq. In quo tamen ſeruatur, vt quod periculum calumniator doloſe reo creauit, id per talionem in ipſum redundet. l. fi. C. de calum. l. ff. de præuaricat.

Lex Fabia.

Fabia de plagijs homines, qui carcere cludat
Priuato inuitos, arguit, aut abigat.

l. 1. & ſeqq. ff de l fab. de plag. l. 1. 5. & 6. C. eo. Pœna huius legis olim fuit pecuniaria, nunc grauius puniuntur. l. fi. ff. eo l. quoniam. C. eo.

Lex Rhodia de iactu.

Ne nauis ſidat, ſtatuit ex Rhodia iactum,
Sarciat vt damnum iactus vtrimq; datum.

l. 1. & 2. ff. de l. Rhod.

Lex Commiſſoria.

Vid. emptio, vbi de pac emp. & vend. dictum, & pactum legis commiſſ. vulgò dicitur, Ein Geſetz / wann der Käuffer den Kauffſchilling nicht auff beſtimbte zeit erlegt / ſo mag der Verkauffer mit dem kauff hinder ſich gehen. Item wann

wan einer ein Pfandt verſetzet/vnd das auff benandte zeit nit wider an ſich löſet/ mag der ander/ ſo darauff gelihen/ behalten: Hoc tamen ſublatum eſt.

Lex Aquilia.

Geſetz wider zugefügten ſchaden.

Vnica pars aquilæ de occiſis æſtimat annum. (a)
Ter denos læſis annumeratq́ dies (b)

(a) l. ait lex. l. inde neratius. ff. (b) ad l. aquil. §. illud Inſt. eo. §. l. quemadmodũ. §. 6. ff. eo. his autem. Inſt. de lege falcid. Legis Aquiliæ actio datur contra omnes qui ſuo corpore damnum dederunt Si alio modo damnificauerint, acto in factum datur. Hæc actio quantum ad æſtimationem quanti pluris, anno terminatur, actio damni eſt rei perſecutoria perpetuò, id eſt, 30. annis durans.

Lex agraria.

Lex quinquaginta ſolidis agraria punit,
Me, ſi per fraudem mouero ſaxa loco.

l. 1. ff. de term. mot l. 4. ff. fin. regund. Deut. 14. 17. 19. & 7.

Lex Iulia repetund.

Sumere plus ſolidis centum pro munere nummos, (a)
Ciuibus in quadruplum (b) *lex repetunda vetat.*

(a) l. 6. ff. ad l. iul. rep. A quibuſdam tamen in infinitum capere licet l. 7. §. apparet ff. eo. (b) l. 1. & fi C. eo quod fiſco applicari vult Azo in rubr. C. eo Criminaliter autem extra ordinem puniuntur. d. l. 7. § fi. quando tamen ſibi quis petit applicari pœnam pecuniariam,

niariam, ciuiliter agere, cum verò fiſco, aut ærario publico, criminalem actionem intentaſſe videtur. l. arbiter. ff. de recep. arb.

Lex Iulia de vi publica.

Siquid commiſſum fuerit vi, publica vis eſt;
Aut priuata, quibus tertia nulla datur.

l. 194. ff. de R. I. l. 1. 7. 8. & 9. ff. ad l. iul. de vi pub. l. ſi ſi præſes. ff de pœn. l. 1. ff. de vi, & vi arm. Pœna legis Iuliæ publicorum fuit olim interdictio aquæ, & ignis. Vis priuata ſine armis committitur, eius pœna eſt vnà cum ademptione dignitatis confiſcatio tertiæ partis bonorum. l. 1. l. 4. ff ad l. iul. de vi priu. §. 1. Inſt. de pub. iud. In qua tamen moderatio Iuſtin. Imperatoris animaduertenda eſt. in §. fin. auth. vt nulli iud. Nou. 134.

Lex Porcia.

Porcia lex vetuit Romanum cædere ciuem,
Inde fit vt damnum prouocet ipſe ſuum.

Hæc lex (quæ, vt Liu. lib. 10. teſtatur pro tergo ciuium lata videtur, & graui pœna, nequis verberaret, necaretque ciuem Rom. ſanxit) Virgas ab omnium ciuium Rom. corpore amouit. Cic. pro Rabir. Saluſt. in Catilin. & gloſſ. in l. Diui. §. 1. ff. de pœn.

Libertas inæſtimabilis res eſt.

Quid

Quid non mens hominum pro libertate tuenda.
Ingenui cenſet vilia cuncta ſibi.

l.106.ff.d.R.I.l.5.ff.de iuſt.& iur.

Libellus.

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo,
Recte compoſitus quiſque libellus habet.

Hoſtien.de libell.oblat. VVeſ.de eden.n.7. Actionis nomen in libello non neceſſario exprimitur. c. dilecti. 6. ex.de iud. aliter de iure ciuili, quo nemo in iudicio ſine actione experitur.l.6.§.ff.de negot.geſt.l 1.ff.de eden. Libelli mutatio ſubſtantialis permittitur ante litis conteſtationem, non poſt. Et hoc refuſis expenſis reo, ſecus ſi in accidenti emendatur, quia qui declarat verba ſua, non dicitur ea corrigere, nec mutare, nec aliquid de nouo facere, ſed colorare. c. literæ. ex. de dilat. Actor tenetur reo copiam emendationis dare, qua data reo nouus terminus ad deliberandum, an litigare, ſeu cedere velit, datur.

Antequam libellus edatur, poteſt fieri emendatio indiſtinctè, ſiue ante, ſiue poſt litem conteſt. quia ineptus libellus facit iudicium retro nullum, nec tali reus reſpondere tenetur.

Exceptio ineptitudinis libelli etiam poſt ſententiam opponi poteſt, & reddit ſententiam nullam.

Si actor in libello ſuo de aliquo inſtrumento mentionem faciat, tunc debet illud edere ante lit. conteſt. & ſic antequam reus libello reſpondeat, vt certus ſit, an liti cedere, an contendere velit.

Loca-

Digitized by Google

Locatio.

Vltra annos denos contracta locatio ſi ſit,
Emphÿ- contractus- teuticus hinc paritur.

Inſt. de loc. & condit. in princ. Nou. 7. de non alienan. aut permut. reb. eccleſ. ex Zenon. conſtit.

Locatio.

Ad plures annos ſi facta locatio, debet
Intra annos binos ſoluier inde Canon.

c. ſi de loc. & cond. ff. & Inſt. eo. Locatio, & conductio contrahitur, vbi merces conſtituta eſt, pro vſu alicuius rei, vel opera hominis, idque quandoque ad tempus fit, quandoque in perpetuum, vt quamdiu merces ſoluitur, auferre non liceat, verum hic contractus hodie à priori diſtinctus eſt ex Zenoniana conſtitutione, diciturque contractus Emphyteuticus, in quo tamen & illud permiſſum eſt, vt & ad vitam vnius, aut plurium res in Emphyteuſin dari poſſint. Nou. 7. de non alienan.

E domo conducta Inquilinus ante finitum tempus eijci non poteſt, niſi Dominus domus ob neceſſitatem (quæ tamen non imminebat tempore locationis) eam velit inhabitare, vel reficere, vel ſi conductor mercedem locationis non ſoluat per biennium, vbi ad plures annos locatio eſt contracta, aliàs ſtatim, vel niſi res conducta à Domino fuerit vendita, donata &c. Salua tamen hoc caſu actione ex conducto contra locatorem.

Mater

M

Mater quartam bonorum partem habet.

Mater habet quartam, tres nati quando ſuperſunt,
Si plures fuerint, portio filiadum eſt.

Auth. præterea. C. vnde vir. & Vx. Bald. & Caſtr. in d. Auth. n. 6. etiamſi matrimonium ſine dote fuerit, & Coniunx præmoriens ſit locuples. & ſuperſtes laboret inopia, ſiue extent filij defunctæ perſonæ tàm ex eodem matrimonio, quàm alio. d. Auth. præterea. Ne mulieres &c. Conſtit. 2.

Matrimonium.

Vſq; gradum quartum nequeunt Connubia recti
Ducere, ſed poſſunt coniungier extra proneptem.
Si ſis affinis ſecus eſt, ſed tollito primum.

c. fi. ex. de conſang. & affin. ſicut Matrimonium extra pronepotem, & proneptem contrahi poteſt, & vſque ad quartum gradum redactum eſt: ſic & illi, quorum vnus quinto, alter quarto vel tertio vel proximiore à communi ſtipite diſtant, cum is, qui remotiori gradu eſt, proximiorem ad ſe trahat fauore matrimonij. d. c. fi. Matrimonium ſiue publicè, ſiue clam contractum valet, vbi Trid. non eſt publicatum. Matrimonium ratum duobus tantum caſibus diſſoluitur ipſo facto. primo per ingreſſum religionis. 2. ſi alter infidelium coniugum ad fidem Catholicam conuertatur, nec poſſit ſine blaſphemia, & iniuria Creatoris apud eum habitari. In cæteris ipſo iu-

Item ſi à Vaſallo illicit
ſic ipſo iure commiſſum,
alteri dare, etiam filio, v
ſalli. quod & meritò obſe
difficile recuperatū eſt, vt
teri potentiori feudum c
ab Eccleſia recognoſcat. c.
ſuetudo, vt dixi contraria
rum adminiſtratlonem ha
ſtit.

Feudum acquirit
ſione ab inteſt
præſcri

Legitimo tantum (a) *ſucc*
Contractuq; ſimul (c)

(a) quia uulla de feudis in
dinatio: feudum enim non c
at de rebus alienis nemo teſt
teſtam. per tot. (b) c. 1. ex. ex
putà Donatione, venditione
gratis concedere feuda ſolet:
mutare Vaſalli inter ſe, Domi
enim inuito Feudatarius ſub
nec Emphyteuta ſubemphyt
quitur.

Feudi præ

Ter denis annis currit præſcr
Siue quaterdenis, ſi foret E

Si de feud. defunct. §. ſiquis

ſis. C. de repud. (b) l. conſenſu C. eo. Matt. Matrim. c. 23. Kling de cauſ. Matrim. pag. g. de diuor. pag. 144. (d) c. hi qui. 32. n. 71.

6.

iberi, (a) *fratres, amitaq; ſorores,* (b)
atris, (c) *liberi fratriſq; Sororis* (d)
phis, defuncti fratris & vxor, (e)
ter connubia iure vetantur. (f)

ptiæ. ff. de rit. nup. l. nemini. C. de nup. us. ff eo. §. item. Inſt. eo. in primo ſc. gradu ales. (c) d. l. nemini. l. per adoptionem. §. fandiſſimam. C. ſi nup. ex reſcrip. petan- en ciuili hoc limitatur, ita vt contrahere nt §. Duorum. Inſt. de nup. (e) l. licet. C. de nup. (f) leuit. 18. 20. Nec in ijs diſpenſari enſatur. ſi naturale patet ius.
n quoque & ſororem prohibitum eſt ma- tiamſi per adoptionem coniuncti ſint, cum adoptione durante tantum. Filia ta- optiuæ ducere poſſum. Inſt. de nup.

Aliter.

eptis, Matertera, Fratris & Vxor,
iunx, mater, priuigna, nouerca,
priuigni nati vtriuſq;
atris coniungi lege vetantur.

nſ. Petr. de Peruſia, & DD. in c. gaudemus

Digitized by Google

7.

Hoc liberis fratrum licet, & cum prole ſororum (a)
Sed Canones prohibent, moribus idque probant. (b)

(a) l. in celebrandis. C. de nup. §. duorum. Inſt. eo.
(b) c. non debet. ex. de conſang. & affin.

8.

Coniugium ſoluunt mors vtraq;, (a) captus, (b) & abſens
Quinq; annis, (c) Canones nuncia mortis habent. (d)

(a) l. 1. ff. de diuor. & repud. (b) l. 8. l. in bello. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. (c) l. vxor. ff. de diuor. Nou. 22. c. 7 eoque mulier, qui de marito per quadriennium noua non habuit palam nubens adulterij, & alias pœnas euitat. l. 7. C. de repud. Secus eſt de iure Can. c. 19. ex. de ſponſ. Siquidem iure Can. Matrimonium non diſſoluitur, niſi morte. c. pen. & fi. ex. de ſecund. nup. & 1. Cor. 7. Sponſa quoque Sponſum per triennium expectare debet l. 2. C. de Sponſ. l. 2. C. de repud. De iure Can. propter diſceſſum Sponſi in exteras Regiones permittitur Sponſæ alium quærere maritum c. 8. ext. de Sponſal.

Minor.

Et minor, & mulier validè teſtantur vbiq;
Nam minor, & mulier propria quæq; tenent.

l. qui in poteſtate 16. l. qua ætate. ff. de teſtam. l. 8. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. aurelio. §. fi. ff. de liberat. leg. l. 1. ff. Quibus ex cau. mai. Excepto filiofam. d. l. 16. vid. filiusfam. Minor quoque eſt priuilegiatus. l. 1. & 10. ti. ff. de min.

min.C.de in integ.reſt.per to. Subuenitur enim,& reſtituitur minor in venditione, tranſactione, diuiſione, Compromiſſo,& huiuſmodi: ſi enim expediat nũquam vendidiſſe, donaſſe, tranſegiſſe, diuiſiſſe, aut compromiſiſſe. l. ſi minor. § minores. ff. de min. Azo in ſum.tit.C. de in integ. reſt.min.

Procedit in caſibus à iure expreſſis,& quoad ea, quæ geſta ſunt ab eo in minori ætate, ſc. ante 25. annum completum. Secus autem ſi maior factus ratum habuerit, vel infra quadriennium non petierit reſtitutionem. l.1. & 2. C. ſi maior fact.rat. & l. ſupervacuam. C. de temp. in integr.reſt. Vel procedit, quãdo minor deceptus eſt in magna quãtitate. Secus autem ſi in re modica, vel minima deceptus ſit. arg.l. ſcio. de in integr reſt. quæ autem dicitur res modica, vel minima, id Iudicis arbitrio, vel boni viri relinquitur. quæ enim indefinita relinquuntur à lege, arbitrio boni viri ſunt definienda. c. de cauſis. de re iud.

Mulcta.

Ne mulcta excedat quadruplum, ſed pœna quieſcat,
Pœna vel in nummis, vel Cutialis erit.

Canif. de pœn. Inſt. ff. C. eo. per tot.

Mulier an teſtis eſſe poſsit.

In teſtamentis (a) quoq; feudis, (b) fœmina teſtis
Eſſe nequit, cauſis at valet in reliquis. (c)

(a) l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam. l. alienam C. de proc l. 2. ff. de R. I (b) c. 1. qui teſt. ſint neceſſ. 2 feud. 37. (c) l. ex eo. l. 6 ff. de teſtib. c. 3. & 33. ex. eo. c. 25 de iud. In vtroque iure. Poteſt tamen in Codicillis mulier eſſe teſtis. Gloſſ. in l. fi. C. de iur. Cod. prout & in teſtam. condito ad pias cauſas. Abb. in c. cum eſſes, de teſ-

ſtam. Item in teſtamento inter liberos condito, in quo Mulier poteſt eſſe teſtis. Item in teſtam. militis, verum de iure antiquo. Hodie milites priuilegijs militaribus non gaudent, ſed in eorum teſtamentis, & actibus debent vti iure communi. Cyn. in l. pen. C. de iur. & fac. igitur & Bald. in l. teſtamentis. C. de teſtam. Quia ſecundum varietatem temporum ſtatuta quoque variantur humana. c. non debet. de conſang. & affin.

Item cum teſtimonium mulieris ſit mutabile, & ideo non teſtificetur. c. forus. de V. S. quando ſc. de crimine criminaliter agitur, tunc enim non admittitur de iure Can. in criminalibus. Exceptâ Simon. c. tanta. de Simonia. Secus autem eſt, quando de crimine ciuiliter agitur, quia mulier admittitur, non quidem ad effectum plenæ probationis, ſed in ſubſidium, vt Iudex ex ea eligat aliqualem præſumptionem c. quoniam, de teſtibus. Sed de iure ciuili Mulier admittitur in ciuilibus & crim. cauſis, præterquam in teſtamento. §. teſtes. Inſt. de teſtam. l. qui teſtamentum. §. mulier. ff. eo.

Mulier indiſtinctè adulterium committit.

Patrat adulterium Mulier diſcrimine nullo,
Libera cum peccat, ſeu ſit perſona ligata.

Secus eſt de viro coniugato. ff. ad l. iul. de adul. ff. per. tot. & C. eo.

Mulieres ab omnibus officijs ciuil. & pub. remotæ ſunt.

Maſculus impubes, (a) *vt fœmina ſit licet annos*
Prætergreſſa ſuos publica nulla gerit. (b)

(a) qui 14. annum nondum expleuit. §. 1. Inſt. qui. mo tut.

tut.fin.l.fin.C.quan.tut.vel curat.eſſe deſin.l. fi. C.de legit. tut. Ratio, quia quod videt hæc ætas, ignorat. l. 1.C.de falſ.monet.Nec ſentit,nec conſentit.c.3. ex. de Bapti.l.infans.ff.ad l.Corn.de ſic.(b) l. fæminæ, ff. de R.I.Ratio eſt infirmitas ſexus, qui multis captionibus multiſque caſibus obnoxius eſt. tex.eſt in l.2.§.verba. ff. ad SC.Vell.

Mulier.

Fraudibus inſiſtens mulier non fraudibus obſtans
Subſidium fruſtra legis habere cupit:

Quia legis auxilium non meretur, qui contra legem nititur.l.37.ff.de min.l.in fine.C.ad SC.Vell. l. ſi decipiendi animo.ff.eo.l.2.C.ſi minor ſe maio.dix.(Nemini enim dolus ſuus patrocinari debet. l.1.ff. de dol.mali excep.

Mulier non diteſcit crebro partu.

Ditior, & meritò, cui nati contigit ortus,
Non fit, quin potiùs creſcere ſentit onus.

l.nemo prædo eſt, qui precium numerauit.§. locupletior non eſt factus, qui liberum acquiſiuit.ff. de R.l.l.3. ff.de in rem verſ. Hinc mulieres præfæcundæ (etſi fæcunditas in vet. teſtam.gratiæ, ac gloriæ. Sterilitas verò verteretur vitio) præſertim quæ caſtra ſequuntur, Scrophis catulos, ſiue Nefrendes copioſè excludentibus aſſimilantur, dum ternos in vtero, ternoſque dorſo, tergoue portantes ſenarios verſus, vel potiùs Bucolicos, demum lamentationes Ieremiæ decantant. Quare Fili, viuere vis tutè, caueas ab F. & ab V.T.F.V.T iunctim, confundunt ſecula cunctim. Mulier enim à molli aere dicta eſt angelus in acceſſu, Dæmon in receſſu, Fætor in lecto. Ita

Digitized by Google

Chap. in proœm. Inſt. & in tit. de Iur. nat. gent. & ciuil. in verb. maris, & fœminæ procreatio. Vbi multa de cucullata gente perperam, ſomniat. Neuizanus in ſua ſylua nuptiali. conſ. 16. Septem mulierum proprietates enumerat: Sanctas enim dicit in Eccleſia angelos in acceſſu, dæmones in domo, bubones in feneſtra, picas in porta, capras in horto, fœtorem in lecto.

Munus publicum.

Qui minor eſt annis viginti quinq; vacabit
Munere, ſi maior, quam ſeptuaginta miniſtrans.
Miles, profeſſor, ſi nati quinq; vel vltra.

l. 2. §. 1. l. 6. 8. & 9. ff. de vacat. & excuſat. mun. VVeſ. co. ti. & to. ti. C. qui ætat. ſe excuſ. l. 3. ff. de iure immunit. l. 3. §. cura, ff. de munerib. l. 3. l. fi. ff. ad municipalem.

Mutus, Surdus, Furioſus.

Sic vbi ſolius mentis præſentia geſtum
Complet, vt in ſolita venditione rei,
Non minùs hic mutus, quàm ſurdus conficit actum.
Quod furioſe nequis, qui tibi ſemper abes.

l. vbi non voce, ſed præſentia. 166. ff. de R. I. 209. ff. de V. S. l. 1. ff. de V. O. §. pen. Inſt. de auct. tut. l. 2. & 55. ff. de oblig. & act. Ideo mutus Tutelam gerere dicitur. l. 1. §. mutus. ff. de Tut. emere, vendere, l. 1. ff. de contrahen. emp. & dotem. conſtituere poteſt. l. mutus. ff. de iur. dot. Præterquam ſi nihil intelligere poteſt. l. ſeruo. §. pen. ff. ad SC. Treb. hoc eſt. qui mutus, & Surdus ſimul eſt. l. diſcretis. C qui teſta. fac. poſ. Et plerunque ſurdus naturâ mutus & eſſe ſolet, quia nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. Ariſt. in problem. & Plinius. a. c. 69. cui, inquit, hominum auditus primò negatus eſt, huic

huic & ſermonis vſus ablatus eſt. Surdus quoque in iure interrogari poteſt. l. de ætate. §. qui tacuit ff. de interrog. in iure fac. l. non ſolum. ff. de proc. Si ex accidenti talis factus eſt: ſecùs ſi naturâ, quia tum, vt dixi, ſimul mutus eſſe ſolet. De Furioſo patet Sup. & in l. 2. C. de iure Cod. l. 17. ff. de iniur.

N

Natura Cauillationis.

Ille cauillatur, contortaq; ſomnia nectit,
Qui breuibus volucris candida nigra facit.

l. 56. ff. de R. I.

Nemo poteſt teſtatus ſimul, & inteſtatus decedere, niſi miles.

Inteſtatus obit nemo, ac teſtatus; (a) at vnus
Miles, cui codex, vel cruor eſſe poteſt. (b)

(a) l. ius noſtrum. ff. de R. I. Ratio, cur paganis id non liceat, eſt, quia Teſtam. eſt actus indiuiduus, qui non poteſt pro parte valere. l. ſiquis. ff. qui teſtam fac. poſſ. l. fideicommiſſa. §. 1. ff. de leg. 3. Atque inde ius Accreſcendi introductum eſt. (b) l. ſi certarum, ff. de teſtam. mil. l. ſicut, C. eo. l. de hæreditate § filiusfam. ff. de Caſtr. pecul. quia militum voluntas Regulis iuris non eſt adſtricta, idque ex ſingulari priuilegio. l. miles. l. quærebatur. ff. eo.

Locatio.

Vltra annos denos contracta locatio ſi ſit,
Emphij- contractus-teuticus hinc paritur.

Inſt. de loc. & condit. in princ. Nou. 7. de non alienan. aut permut. reb. eccleſ. ex Zenon. conſtit.

Locatio.

Ad plures annos ſi facta locatio, debet
Intra annos binos ſoluier inde Canon.

c. ſi de loc. & cond. ff. & Inſt. eo. Locatio, & conductio contrahitur, vbi merces conſtituta eſt, pro vſu alicuius rei, vel opera hominis, idque quandoque ad tempus ſit, quandoque in perpetuum, vt quamdiu merces ſoluitur, auferre non liceat, verum hic contractus hodie à priori diſtinctus eſt ex Zenoniana conſtitutione, diciturque contractus Emphyteuticus, in quo tamen & illud permiſſum eſt, vt & ad vitam vnius, aut plurium res in Emphyteuſin dari poſſint. Nou. 7. de non alienan.

E domo conducta Inquilinus ante finitum tempus eijci non poteſt, niſi Dominus domus ob neceſſitatem (quæ tamen non imminebat tempore locationis) eam velit inhabitare, vel reficere, vel ſi conductor mercedem locationis non ſoluat per biennium, vbi ad plures annos locatio eſt contracta, aliàs ſtatim, vel niſi res conducta à Domino fuerit vendita, donata &c. Salua tamen hoc caſu actione ex conducto contra locatorem.

Mater

M

Mater quartam bonorum partem habet.

Mater habet quartam, tres nati quando ſuperſunt,
Si plures fuerint, portio filiadum eſt.

Auth. præterea. C. vnde vir. & Vx. Bald. & Caſtr. in d. Auth. n. 6. etiamſi matrimonium ſine dote fuerit, & Coniunx præmoriens ſit locuples. & ſuperſtes laboret inopia, ſiue extent filij defunctæ perſonæ tàm ex eodem matrimonio, quàm alio. d. Auth. præterea. Ne mulieres &c. Conſtit. 2.

Matrimonium.

Vſq; gradum quartum nequeunt Connubia recti
Ducere, ſed poſſunt coniungier extra proneptem.
Si ſis affinis ſecus eſt, ſed tollito primum.

c. fi. ex. de conſang. & affin. ſicut Matrimonium extra pronepotem, & proneptem contrahi poteſt, & vſque ad quartum gradum redactum eſt: ſic & illi, quorum vnus quinto, alter quarto vel tertio vel proximiore à communi ſtipite diſtant, cum is, qui remotiori gradu eſt, proximiorem ad ſe trahat fauore matrimonij. d. c. fi. Matrimonium ſiue publicè, ſiue clam contractum valet, vbi Trid. non eſt publicatum. Matrimonium ratum duobus tantum caſibus diſſoluitur ipſo facto. primo per ingreſſum religionis. 2. ſi alter infidelium coniugum ad fidem Catholicam conuertatur, nec poſſit ſine blaſphemia, & iniuria Creatoris apud eum habitari. In cæteris ipſo iu-

re irritatur cum poteſtate ſecundi voti, quoad vinculũ. Iure Can. Matrimonium non niſi morte diſſoluitur. c. pen. & fi. ex. de 2. nup. & 1. Cor. 7.

2.

Nemo poteſt tacitùs genitos promittere Sponſis,
Eſſe ſolent ſemper libera coniugia.

c. præterea. c. cum locum. c. requieſcit. de ſponſal. l. ſi puella. l. filiusfam. ff. eo. l. 5. C. eo. l. Titia. ff. de V. O. l. titio. ff. de condit. & demonſtra. Schneidvv. Inſt. de nup. §. 4. Beuſt. de ſponſal. & Matrim. c. 4. 10. & 26.

3.

Siquis in extremo Lenæ nectatur agone,
Inde ſolet Spurios legitimare ſuos.

c. prælatum. qui filij ſint legit. Gail. 2. obſ. 141.

4.

Si laſciua foret committens filia ſtuprum,
Nec pater ante annos viginti quinq; maritum
Inueniat, dotem perdit, ſed portio reſtat.

Auth. ſed ſi. C. de inoff. teſtam. Nou. 115. c. 3. §. 11. Borchol. de nup. Legitima iure naturæ debetur, ideo auferri non poteſt.

5.

Impos, (a) *adulterium,* (b) *connubia quando retractant,*
Tunc pars læſa poteſt correnouare thorum, (c)
Non tamen à copulis, ſi morbis impos habetur,
Diuerti poterit: Nam neq; lepra mouet. (d)

(a) l.

(a) l.in cauſis.C.de repud.(b) l.conſenſu C.eo.Matt. 5.19.Beuſt.de Matrim.c.23.Kling de cauſ. Matrim. pag. 39. (c) Heining.de diuor.pag.144.(d) c.hi qui.32.n.71.

6.

Et pate , & liberi,(a) *fratres, amitaq; ſorores,*(b)
Atq; ſoror Matris,(c) *liberi fratriſq; Sororis* (d)
Siue vir adelphis, defuncti fratris & vxor, (e)
Diuino hos inter connubia iure vetantur. (f)

(a) l.fi.l.nuptiæ.ff.de rit.nup.l.nemini. C. de nup. (b) l.libertinus.ff.eo.§.item.Inſt.eo.in primo ſc. gradu inter collaterales.(c) d.l. nemini.l.per adoptionem.§. 2.ff.eo.(d) l.nefandiſſimam.C.ſi nup.ex reſcrip. petantur. Iure tamen ciuili hoc limitatur, ita vt contrahere hoc iure poſſint §.Duorum.Inſt.de nup.(e) l.licet.C.de inceſt.& inut.nup.(f) leuit.18.20. Nec in ijs diſpenſari poteſt, nec diſpenſatur, ſi naturale patet ius.

Inter fratrem quoque & ſororem prohibitum eſt matrimonium, etiamſi per adoptionem coniuncti ſint, quod habet locum adoptione durante tantum. Filia tamen ſororis adoptiuæ ducere poſſum.Inſt.de nup.

Aliter.

Nata, ſoror, Neptis, Matertera, Fratris & Vxor,
Et patrui coniunx, mater, priuigna, nouerca,
Vxoriſq; ſoror priuigni nati vtriuſq;
Atque ſoror Patris coniungi lege vetantur.

Sic Hoſtienſ.Petr.de Peruſia,& DD.in c.gaudemus ex.de diuort.

Digitized by Google

7.

Hoc liberis fratrum licet, & cum prole ſororum (a)
Sed Canones prohibent, moribus idque probant. (b)

(a) l.in celebrandis.C.de nup.§.duorum.Inſt.eo.
(b) c.non debet.ex.de conſang.&affin.

8.

Coniugium ſoluunt mors vtraq́; (a) captus, (b) & abſens
Quinq́; annis, (c) Canones nuncia mortis habent. (d)

(a) l.1.ff.de diuor. &repud. (b) l.8.l.in bello. ff. de capt.& poſtlim.reuerſ.(c) l.vxor.ff.de diuor.Nou.22.c.7 eoque mulier, qui de marito per quadriennium noua non habuit palam nubens adulterij,& alias pœnas euitat.l.7.C.de repud.Secus eſt de iure Can.c. 19. ex. de ſponſ.Siquidem iure Can.Matrimonium non diſſoluitur,niſi morte.c.pen.& fi.ex.de ſecund.nup.& 1.Cor.7. Sponſa quoque Sponſum per triennium expectare debet l.2.C.de Sponſ.l.2.C.de repud.De iure Can. propter diſceſſum Sponſi in exteras Regiones permittitur Sponſæ alium quærere maritum c.8.ext.de Sponſal.

Minor.

Et minor, & mulier validè teſtantur vbiq́;
Nam minor, & mulier propria quaq́; tenent.

l.qui in poteſtate 16.l.qua ætate.ff.de teſtam.l.5. C. qui teſtam.fac.poſſ.l.aurelio.§.fi.ff.de liberat. leg.l.1.ff. Quibus ex cau.mai.Excepto filiofam.d.l.16.(/id. filiusfam.Minor quoque eſt priuilegiatus. l.1.& to.ti.ff. de min.

Digitized by Google

min.C.de in integ.reſt.per to. Subuenitur enim,& reſtituitur minor in venditione, tranſactione, diuiſione, Compromiſſo,& huiuſmodi:ſi enim expediat nũquam vendidiſſe,donaſſe,tranſegiſſe,diuiſiſſe,aut compromiſiſſe. l. ſi minor.§ minores.ff.de min. Azo in ſum.tit.C. de in integ.reſt.min.

Procedit in caſibus à iure expreſſis,& quoad ea, quæ geſta ſunt ab eo in minori ætate,ſc.ante 25.annum completum. Secus autem ſi maior factus ratum habuerit, vel infra quadriennium non petierit reſtitutionem. l.1. & 2.C.ſi maior fact.rat. & l. ſupervacuam.C. de temp. in integr.reſt.Vel procedit,quãdo minor deceptus eſt in magna quãtitate.Secus autem ſi in re modica, vel minima deceptus ſit.arg.l.ſcio.de in integr reſt. quæ autem dicitur res modica,vel minima,id Iudicis arbitrio, vel boni viri relinquitur. quæ enim indefinita relinquuntur à lege,arbitrio boni viri ſunt definienda.c.de cauſis. de re iud.

Mulcta.

Ne mulcta excedat quadruplum,ſed pœna quieſcat,
Pœna vel in nummis, vel Cutialis erit.

Canif.de pœn.Inſt.ff.C.eo.per tot.

Mulier an teſtis eſſe poſsit.

In teſtamentis (a) quoq; feudis,(b) fœmina teſtis
Eſſe nequit,cauſis at valet in reliquis.(c)

(a) l.qui teſtamento §.mulier.ff.de teſtam.l.alienam C.de proc l. 2 ff de R.I (b) c.1.qui teſt. ſint neceſſ. 2 feud.37.(c) l.ex eo.l.6 ff.de teſtib.c.3.& 33.ex.eo. c. 27 de iud. In vtroque iure Poteſt tamen in Codicillis mulier eſſe teſtis.Gloſſ.in l.ſi.C.de iur.Cod.prout & in teſtam. condito ad pias cauſas. Abb.in c.cum eſſes,de teſtam.

Digitized by Google

ſtam. Item in teſtamento inter liberos condito, in quo Mulier poteſt eſſe teſtis. Item in teſtam. militis, verum de iure antiquo. Hodie milites priuilegijs militaribus non gaudent, ſed in eorum teſtamentis, & actibus debent vti iure communi. Cyn. in l. pen. C. de iur. & fac. igitur & Bald. in l. teſtamentis. C. de teſtam. Quia ſecundum varietatem temporum ſtatuta quoque variantur humana. c. non debet. da conſang. & affin.

Item cum teſtimonium mulieris ſit mutabile, & ideo non teſtificetur. c. forus. de V. S. quando ſc. de crimine criminaliter agitur, tunc enim non admittitur de iure Can. in criminalibus. Exceptâ Simon. c. tanta. de Simonia. Secus autem eſt, quando de crimine ciuiliter agitur, quia mulier admittitur, non quidem ad effectum plenæ probationis, ſed in ſubſidium, vt Iudex ex ea eligat aliqualem præſumptionem c. quoniam, de teſtibus. Sed de iure ciuili Mulier admittitur in ciuilibus & crim. cauſis, præterquam in teſtamento. §. teſtes. Inſt. de teſtam. l. qui teſtamentum. §. mulier. ff. eo.

Mulier indiſtinctè adulterium committit.

Patrat adulterium Mulier diſcrimine nullo,
Libera cum peccat, ſeu ſit perſona ligata.

Secus eſt de viro coniugato. ff. ad l. iul. de adul. ff. per. tot. & C. eo.

Mulieres ab omnibus officijs ciuil. & pub. remotæ ſunt.

Maſculus impubes, (a) *vt fœmina ſit licet annos*
Prætergreſſa ſuos publica nulla gerit. (b)

(a) qui 14. annum nondum expleuit. §. 1. Inſt. qui. mo tut.

tut.fin.l.fin.C.quan.tut.vel curat.eſſe deſin.l. fi. C.de legit. tut. Ratio, quia quod videt hæc ætas, ignorat. l. 1.C.de falſ.monet.Nec ſentit,nec conſentit.c.3. ex. de Bapti.l.infans.ff.ad l.Corn.de ſic.(b) l. fœminæ, ff. de R.I.Ratio eſt infirmitas ſexus, qui multis captionibus multiſque caſibus obnoxius eſt. tex.eſt in l.2.§.verba. ff. ad SC.Vell.

Mulier.

Fraudibus inſiſtens mulier non fraudibus obſtans
Subſidium fruſtra legis habere cupit:

Quia legis auxilium non meretur, qui contra legem nititur.l.37.ff.de min.l.in fine.C.ad SC.Vell. l. ſi decipiendi animo.ff.eo l.2.C.ſi minor ſe maio.dix.(Nemini enim dolus ſuus patrocinari debet. l.1.ff. de dol.mali excep.

Mulier non diteſcit crebro partu.

Ditior, & meritò, cui nati contigit ortus,
Non fit, quin potiùs creſcere ſentit onus.

l.nemo prædo eſt,qui precium numerauit.§. locupletior non eſt factus,qui liberum acquiſiuit.ff. de R.l.l.3. ff.de in rem verſ. Hinc mulieres præfœcundæ (etſi fœcunditas in vet. teſtam.gratiæ,ac gloriæ. Sterilitas verò verteretur vitio) præſertim quæ caſtra ſequuntur, Scrophis catulos,ſiue Nefrendes copioſè excludentibus aſſimilantur,dum ternos in vtero,ternoſque dorſo,tergoue portantes ſenarios verſus,vel potiùs Bucolicos, demum lamentationes Ieremiæ decantant. Quare Fili, viuere vis tutè,caueas ab F. & ab V. T. F. V. T iunctim, confundunt ſecula cunctim. Mulier enim à molli aere dicta eſt angelus in acceſſu, Dæmon in receſſu, Fœtor in lecto. Ita

Chap.in proœm. Inſt.& in tit.de Iur.nat.gent.& ciuil.in verb.maris,& fœminæ procreatio. Vbi multa de cucullata gente perperam,ſomniat. Neuizanus in ſua ſylua nuptiali.conſ.16. Septem mulierum proprietates enumerat: Sanctas enim dicit in Eccleſia angelos in acceſſu, dæmones in domo,bubones in feneſtra,picas in porta, capras in horto,fœtorem in lecto.

Munus publicum.

Qui minor eſt annis viginti quinq; vacabit
Munere,ſi maior,quam ſeptuaginta miniſtrans,
Miles,profeſſor,ſi nati quinq; vel vltra.

l.2.§.1.l.6.8.& 9.ff.de vacat.& excuſat.mun.VVeſ.eo. ti.& to.ti.C.qui ætat. ſe excuſ.l.3.ff.de iure immunit. l. 3.§.cura.ff.de munerib.l.3.l.fi.ff.ad municipalem.

Mutus,Surdus,Furioſus.

Sic vbi ſolius mentis præſentia geſtum
Complet,vt inſolita venditione rei,
Non minùs hic mutus,quàm ſurdus conficit actum.
Quod furioſe nequis,qui tibi ſemper abes.

l.vbi non voce,ſed præſentia.166.ff.de R. I. 209. ff. de V.S.l.1.ff.de V.O.§.pen.Inſt.de auct.tut.l.2.& 55.ff. de oblig.& act. Ideo mutus Tutelam gerere dicitur. l.1. §.mutus.ff.de Tut.emere,vendere,l.1.ff.de contrahen. emp.& dotem.conſtituere poteſt.l.mutus. ff. de iur. dot. Præterquam ſi nihil intelligere poteſt. l.ſeruo.§. pen.ff.ad SC.Treb.hoc eſt qui mutus, & Surdus ſimul eſt.l.diſcretis.C qui teſta.fac.poſ. Et plerunque ſurdus naturâ mutus & eſſe ſolet, quia nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu.Ariſt.in problem. & Plinius. a.c.60.cui,inquit,hominum auditus primò negatus eſt, huic

huic & ſermonis vſus ablatus eſt. Surdus quoque in iure interrogari poteſt. l. de ætate. §. qui tacuit ff. de interrog. in iure fac. l. non ſolum. ff. de proc. Si ex accidenti talis factus eſt: ſecus ſi naturâ, quia tum, vt dixi, ſimul mutus eſſe ſolet. De Furioſo patet Sup. & in l. 2. C. de iure Cod. l. 17. ff. de iniur.

N

Natura Cauillationis.

Ille cauillatur, contortaq; ſomnia nectit,
Qui breuibus volucris candida nigra facit.

l. 56. ff. de R. I.

Nemo poteſt teſtatus ſimul, & inteſtatus decedere, niſi miles.

Inteſtatus obit nemo, ac teſtatus; (a) at vnus
Miles, cui codex, vel cruor eſſe poteſt. (b)

(a) l. ius noſtrum. ff. de R. I. Ratio, cur paganis id non liceat, eſt, quia Teſtam. eſt actus indiuiduus, qui non poteſt pro parte valere. l. ſiquis. ff. qui teſtam fac. poſſ. l. fideicommiſſa. §. 1. ff. de leg. 3. Atque inde ius Accreſcendi introductum eſt. (b) l. ſi certarum, ff. de teſtam. mil. l. ſicut, C. eo. l. de hæreditate § filiusfam. ff. de Caſtr. pecul. quia militum voluntas Regulis iuris non eſt adſtricta, idque ex ſingulari priuilegio. l. miles. l. quærebatur. ff. eo.

Digitized by Google

Nemo, qui condemnare poteſt, abſoluere non poteſt.

Nemo condemnet, qui non abſoluat: at illud
Tollitur interdum poſteriore dato.

l. nemo. ff. de R. I. l. qui damnare ff. de re iud. l. 7. ff. de confeſſ. Ratio eſt, quia omnis iuris deciſio, ſeu lex debet eſſe de dubitabili. l. Quod labeo. ff. de Carb. edic. Et ſequitur ex natura Correlatiuorum, quæ mutuò ſe reſpiciunt arg. l. ſi fundum. ff. de lega. 1.

Nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt, & conſentiunt.

Nemo ſciens rebus geſtis conſenſit, vt idem
Tanquam deceptus vellicet acta ſua.

l. nemo. 187. ff. de R. I. l. 34. C. de tranſac. l. 1. ff. de lib. hom exhib c. ſcienti. de R. I. in 6. l. venditor. C. de reſcind. vend. Et ideo Interdicto de libero. hom. exhib. non tenetur, qui volentem detinet, l. 3. §. ſiquis volentem. ff. de lib. hom. Ratio eſt quod non videatur celatus, qui ſcit, neque certiorari debeat, qui non ignorat. l. 1. ff. de act emp. Quoniam tamen nemo ad carcerem ſe pro debito alterius mancipare poteſt, cum nemo ſuorum membrorum nedum famæ, vel dignitatis Dominus ſit. l. liber homo. ff ad l. aquil. Ideo ius obſtagij (vulgò die Leiſtung) vt plurimum in Germania vſitatum tanquam fomentum malitiæ Imp. Rudolphi Edictis ſublatum eſt. ex Gail. 2. obſ. 45 tradit Sturc.

Non omne quod licet, honeſtum eſt.

Cum præter licitum perpendat Ius & honeſtum,
Quod decet hoc tantum iure licere puta.

l.non omne.186.ff.de R.I.Hinc meritò Iulia Baſſiani Imperatoris nouerca ex fide Hiſtoriæ, reprehenditur, quod cum nudaſſet ſinum & Baſſianus ſic eam alloqueretur; Vellem, ſi liceret; illa dicebat ſi libet, licet; An neſcis, Imperatorem leges dare, non accipere? Sed ius honeſtatis nullo vel dignitatis, vel potentiæ fuco obſcurari, vel tolli poteſt, quin quod naturâ turpe eſt, omni ſeculo turpe eſſe videntur. l.probrum.42.ff de V.S. Aliæ ſunt leges Cæſaris, aliæ Chriſti, aliud Papinianus, aliud Paulus præcepit. Apud illos impudicitiæ frena laxantur, & ſolo ſtupro atque adulterio damnato, paſſim per Lupanaria. & ancillulas libido permittitur. arg.l.29. C. ad L. iul. de adul.

Nihil tam naturale, quàm eo genere quicquid diſſoluere, quo colligatum eſt.

Conſenſum tollit conſenſus, verbaq; verba:
Nam pereunt, quo ſunt vincula ſtricta modò.

l.nihil.35.ff.de R.I. Præterquam ſi res non ſit ampliùs integra.l.ab emptione.58.ff de pac.

Non ſolent, quæ abundant, vitiare ſcripturas.

Non ſolet, in ſcripto quod abundat, lædere ſcriptum:
Quin potiùs ſcriptum ſæpe iuuare ſolet.

l.non ſolent.94.ff.de R. I. Dec. Sturc. ibid. quos vid.

Digitized by Google

Noxa caput ſequitur.

Non tenet hæredem delicti pœna: (a) *quid ergo?*
Sed reddet, quicquid percipit inde lucri. (b)

(a) l.38.ff.de R.I. quia pœna ſuos tenet auctores. §. Sancimus. 22. C.de pæn.l.crimē ff.eo. Ierem.31.verſ. 10. Ezech. 18. verſ.20. Deut.24. verſ. 16. 4 verſ. Reg. 4. 1 c. quid eſt. de pænit. diſt.4. ſuumq; caput ſequitur.l.1.ff.de priua.delic. Idque non tantùm in delictis. l. ſi eum, ff. ſi quis cation. ſed etiam in quaſi delictis, verum eſt. l. iulianus. ff. de Iud. l.1. ff de his, qui deiec. vel effud. l. ſi. ff. naut. Caup. ſtabul. (b) Nulli enim lex dolum lucroſum eſſe vult, ne aliquo ſcelere ditetur. l.3. ff. de Tribut. act. l. item. l. ſed etſi. ff. de hæred. petit. l.52. ff. de rei vend. l. 1. ff. de eo, per quem fac. l. de eo. ff. ad exhiben. l. ſi publicanus. ff. de publican. l. contra. ff. Rer. amot. Interdum tamen & delicti tenetur hæres, iuxta hoc. Quatenus acceſſit, defuncti fraude tenetur hæres, at plane fraus ſua quemque notat. l.44. ff de R. I.

Noxia.

Noxia delictum, delinquens noxa vocatur,
Noxaq; ſit faciens, noxia facta notat.

Inſt. ſi quadrup paup. feciſſ. dic. in Prin. ff eo.

Nullus videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur.

Non fraudant, quæ iure ſuo confecta fuerunt, (a)
Inde vel in cælum libera tecta feras (b)

(a) l.55. ff de R. I. l. 5. ff. de lib. hom. exhiben. Quia factum legitimè pœnam non meretur. l. Grachus, C. de

pæn.

pæn.l.auxilium.ff.de Min. (b) Nemo enim cogi poteſt, vt vicino proſit.l.2.§.5 ff.de aqua,& aq.plu.arcen.l.cuius.24 ff.de ſeruit.vrb.præd.Etiam vicini ædes obſcurando.l.altiùs.C.de ſeruit.& aqua.Præterquam ſi abſque ſuo commodo in præiudicium alterius quid faciat. l.ſi.C.de ſeruit.Deinde ſi forma altitudinis lege municipali conſtituta excedatur.l.1.C.de priu.ædif. Vid. Cæpoll.

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.

Non eſt concubitus, non eſt commixtio, qua nos
Iungit, at hic animus firmus vtrimque datus.

l.30 ff.de R.I.Et licet Matrimonium legitimè initum Sanctiſſimum fædus ſit, quo mas,& fæmina indiſſolubili vinculo coniunguntur.§.1.Inſt.de nup.l.1.ff.de rit.nup. ſumma cum beatitudine. Pſalm.128.vt horat. venuſtè in Car.oda 13.

Felices ter, & amplius
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Diuulſus querimonijs
Suprema citiùs ſoluet amor die.

Non tamen probandum, quod malo, me hercle, inſtituto Populi Canarij vſurpabant, qui decus eximium putabant eſſe, ſi vxores à principe defloratas duxiſſent, Auctore Archangelo Magdunano, Aut quod Indi. qui prima nocte nouas nuptas cum Sacerdotibus concumbere,& Zonam, ſoluere voluerunt. Volater.lib.Geograph. c.12. Aliàs enim plures togatos, quàm armatos milites reperire foret. Sed ſua cuique virgo, quam tamen difficulter habebis, relinquatur. Symmach.1.Epiſt.5.

Nuptiæ.

Nec curatorem, nec natos iunge minori.
Huic & tutores lex poſitiua negat.

10. ti. C. de interdic. matrim. int pup. & tut. ſeu curat. filioſque eor. l qui pupillam. ff ad l iul. de adul. l. libertum. ff. de rit. nup. l. fi. ff. de lega. 1. Et ipſo iure fit Infamis Tutor, vel curator pupillam, vel adultam ſuam ſibi, vel filio ſuo collocans matrimonio. Quia præſumitur contraxiſſe dolo, ne reddat rationem adminiſtrationis. l. 7. C. de interdic. matr. Int. pup. & tut. niſi vigeſimum quintum annum exceſſerit, tunc enim iunxiſſe non obeſt. l. 6. C eo.

O

Obiectum Iuris.

Ius de perſonis tractat, de rebus, & actis:
Obiectum Iuris dicitur inde triplex.

l. 1. & 2. ff. de ſtatu hom. §. fi. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. Inſt. de act. in prin.

Obligatio verborum.

Verba ligant homines, taurorum cornua funes,
Cornu bos capitur, voce ligatur homo.

l. 3. ff. de oblig & act. & ff de V. O per totum. Obligatio naturalis tantum, vel ciuilis tantum non producit actionem. l. iuriſgentium. ff. de pac. l. ſi vnus §. pactus. ff. eo. Secus eſt de iure Can. c. 1. ex. eo. c. iuramenti. 22. q. 5.

Et

Et quamuis obligatio naturalis ſola non ſufficiat ad producendam actionem, ſufficit tamen ad iam productam conſeruandam: ſicut ex ſola ciuili non conceditur actio, attamen iam enata conſeruatur. Mynſing. in §. item ſi. Inſt. de except n. 5.

Obligatio vti contrahitur, ita ferè ſoluitur.

Hoc me ſoluo ferè, quo me deuincio, quoq;
Quæro nouas ſedes, hoc ego perdo nouas;
Inde fit vt quærens ſedes, cum corpore mens ſit
Sic tantum ſedes perdat vtrumq; ſimul.

l. 195. ff. de R. I. l. nihil tam naturale, ff. eo. Ferè enim quibuſcunque modis obligamur iiſdem in contrarium actis liberamur, cum quibus modis acquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus: Vt igitur nulla poſſeſſio acquiri, niſi animo, & corpore poteſt, ita nec amitti. tex. hic.

Obligatio pura.

Iuris vincla, die niſi ſint reſtricta propagant
Debita præſenti perſoluënda die.

l. in omnibus obligationibus, in quibus dies non apponitur, præſenti die debetur, 14. ff. de R. I. Quando enim pura eſt obligatio, præſens eſt actio. l. eum qui. 41. §. quotiens ff. de V. O. l. cedere diem. 213. ff. de V. S. Nam vbi cauſa eſt præſens, ibi & effectum præſentem eſſe oportet. l. 1. ff. Quod quiſque iuris. Niſi ſi locus adiectus temporis ſpacium inducat. d. §. quotiens. & l. quotiens. 24. ff. de oper. liber.

Occaſio

Digitized by Google

Occaſio.

Non eſt cunctandum, magis eſt occaſio quæuis
Arripienda tibi, vt cuncta benignus agas.

l. Plautius. 6. ff. de proc. l. arripienda. 128. ff. de R. I.

P

Pactum legis commiſſoriæ.

Pactum commiſſi non eſt à iure probatum (a)
Legem commiſſi ius tolerare poteſt (b)

(a) l. 4. C. de pac. l. 3. C. de pac. pig. & de lege commiſſ. (b) l. 4. ff. de l. commiſſ. quod etiam locum habet ſi reſiduum intra certum tempus non ſoluatur, & exempto habet actionem, non rei vendicationem. l. 3. C. de pact. inter empt.

Pactum Antichryſeos.

Pignoris vt fructus perdas, nec ſorte putentur
Pactum antichryſeos dicitur inde datum.

l. ſi ea lege. C. de Vſur. l. 1. §. pactum l. ſi is ff. de pig. & hyp. l. ſi pecuniam. ff. de pignor. act. cum alias ſorti imputentur. l. 1. & 2. C. de pig. act. l. ſi dominum. C. de pig. Secus eſt de iure Can. quo fructus ex re pignorata perceptos creditor in ſortem cogitur imputare, nec eo iure pacto tali locus eſt. c. 1. 2. 8. 16. de Vſur.

Pa-

Pactum de pignore diſtrahendo.

Si fuerit pactum ne pignora vendere poſſis,
Id nihil obſtabit ſi te Reum moneas.

l.ſi conuenit.ff.de pig.act.l. Creditoris. ff de diſtrac. pig.l. ſi mandat. §. Creditor. ff. mandati § contra.Inſt. quib.alien.lic.Nemine pignus emente Creditor ius dominij à principe impetrabit. l. fi. C. de iure dom.impetran.

Pactum nudum non producit actionem.

Ex nudis ſterilis producitur actio pactis (a)
Iure tamen Canonum pactio quæque tenet. (b)

l.iurisgentium.7.ff.de pac.VVeſ.n.9.(b)c.1.& 3. vbi Canon ex eo Bald. & Salic. in l. petens. C. eo. Rom.1. ſing.c.31. cum apud Deum non ſit differentia inter iuram & ſimp.loquelam. c.22. q.5. quod & hodie ſeruatur in foro ciuili. Nam definitum eſt inter Doctores, vt, quotieſcunque agatur de cauendo peccato, deque cauſa conſcientiæ , toties etiam in foro ciuili ius Pontif. debeat obſeruari.c.1.& 2.vbi DD.de noui operis nunc. Caſtr.in Auth.at qui ſemel.n.3.C.de probat.

Pacto non datur hæreditas.

Non valet ex pacto tolli ſucceſſio facto
Talia nam poterunt pacta leuare nihil.

Quia pacta de futura ſucceſſione repudianda non valent.l.ſi quando. §. illud. C. de inoff. Teſtam.l.pactum.

C.de

C.de collat. nec pactum, vt bona mulieris poſt eius mortem pertineant ad maritum. valet. l. 2. Cod. de pac. conuent. Idem eſt de pacto, quod filia dote, cõtenta patri ab inteſt. non ſuccedat. l. 3. C. de collat. vel, ſi quis ſe obligat. ad aliquem hæredem inſtituendum l. 2. C. de mut. ſtip. Secus eſt de iur. can. quo pactum filiæ cum patre initum de non ſuccedendo patri confirmatur iuramento. c. quamuis. de pac. in 6.

Pactum priuatum.

Priuatum pactum non tollit publica iura
Attamen ex illis iuribus orta necat.

l. ius publicum. ff. de pac. Neque pacta, neque ſtipulationes factum poſſunt tollere. l. 31. ff. de R. I. Quia quod factum eſt, infectum fieri nequit. l. in bello. ff. de cap. & poſtlim. reuer. l. impoſſibilium. ff. de R. I. Nou. 67.

Peculium quale, & quotuplex.

Armati caſtris quærunt, (a) *quaſi lege togati,* (b)
Adueniunt à matre, (c) *profecta peculia patre.* (d)

(a) peculium 39. ff. de peculi. l. Caſtrenſe. l. militi. l. ſi. forte. ff. de Caſtrenſ pecul. (b) l. peculium. 4. l. depoſiti. ff. de pecul. l. vlt. C. de inoff. teſtam. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. circa fin. (c) l. 1. & tot. tit. C. de bon. mater. (d) l. 5. ff. de iure dot. d. l. ſi forte. Peculium Caſtrenſe dicitur id, quod quis in militia, vel nomine eius acquiſiuit: quaſi Caſtrenſe, quod honeſtis togatæ militiæ artibus comparatur. Profectitium à patre, vel eius nomine obuenit. Aduentitium autem, quod filius aliunde parauit, vel àcquiſiuit, Sc. ſucceſſione materna, opificio, vel induſtria: Huius pater vſumfructum tantum habet, Profectitij etiam proprietatem. d. l. depoſiti. Mynſing. in §. actiones. Inſt. de act.

Peierans.

Digitized by Google

Peierans.

Vel maieſtatis pœnam vel ſtellionatus
Suſtinet, hinc famam perdit & articulos.

l.ſi.ff.Stellionatus.C.de crim.Stellio. Cuiac 2.obſ. c.19.& 7.obſer.c.13. Temere litigantes quoque triplici pœna coarctantur.pecuniaria,periurij,& infamiæ. Inſt. de pœn.tem.litigant.per to.poteſt tamen is, qui periurauit, & debet puniri extra ordinem,ſaluo interim iuriſiurandi vinculo.Mynſ.in §.Item ſiquis.Inſt.de act.

Penſio.

Si foret hic annus ſterilis, ſed fertilis alter
Sitq; remiſſa prior: penſio dupla datur.

Gloſſ.in l.1.C.de iure Emphyt. Caniſ.eo. Vide Emphyteuſis.

Pignus generale.

Si fortaſſe foret pignus generale ligatum
Id nihil officiet, quin ſpeciale feras.
Quod ſpeciale dabit primas, ceu prata, ſecundo;
Si tamen inde ſuum primus habere queat.

l.2.& 3.l.ſi pignus.ff.qui pot.in pig.hab.l.2.C.eo.l.2. C.de pignor.Pignoris obligatione durante durat actio Seruiana, & quaſi Seruiana,id eſt Hypothecaria, qua Creditor ſuum pignus perſequitur. Soluto verò debito competit actio pignoratitia debitori directa, creditori contraria.§.item Seruiana. Inſt. de act.l.ſi rem.l.ſolutum.l.ſi pecuniam.ff.de pig.act.

Pi-

Pignus expreſſum.

Expreſſum pignus tacitum non reddit inane
Nec tacitum tollit pignora preſſa bonis.

Vid. hypothec. Pignus aliud eſt conuentionale, aliud legale, aliud prætorium, aliud iudiciale. Miſſus in poſſeſſionem ex 1. Decr. dicitur habere pignus prætorium & ex ſententia defin. mittatur in poſſ. ſi autem ex ſen. Interloc. dicitur habere pignus iudiciale, quamuis eod. appellatione contineantur. Mynſ. in §. contra. Inſt. qui. alien. lic.

Pignus debitori perit.

Fortuito caſu pereant, ſi pignora forſan.
Debitor, vt ius vult, talia damna luit.

Sebaſt. Medices. trac. de caſ. fortuit. par. 2. q. 10. n. 125. Pignus eſt ius reale, quo creditor nomine eius, quod ſibi debetur, rē in ſecuritatē rei creditæ, donec preciū ſoluatur, obligatam tenet. l. 1. ff. de pig & hypoth. Schneid. Mynſ. in §. contra. Inſt. quib. alien. lic.

Plagium.

Furtum hominis plagium eſt, plagiarius inde vocatur. (a)
Si pecudem tollas, abbigeatus erit. (b)

(a) l. 1. l. fi. ff. de abigeis. C eo. Nou. de nup. §. minores. Coll. 4. lex Flauia de plagiarijs, quæ interdum capitis pœnam, interdum leuiorem irrogat eſt publici iudicij §. eſt & Inſt. de pub. iud. Deut. 24. (b) l. 1. ff. de abig.

Plus

Plus cautionis eſt in re, quàm in perſona.

Sunt, quibus eſt vultus plus quam ficulneus, ergo
Cautius eſt in rem conſuluiſſe ſibi.

l. plus cautionis. 25. ff. de R. I. Quia enim nuſquam vt dicitur, tuta fides, melius quandoque, quàm nuda repromiſſione. l. 3. C. de V. S. caueri deſideramus.

Pœnarum gradus.

Enſem homicida ſubit, (a) *mulier pro Infante procellas* (b)
Graſſator truncum, (c) *falſa moneta rogum.* (d)
Eſto veneficijs rogus, (e) *eſto rota latroni,* (f)
Turca datur furi (g) *fœmina captat aquas.* (h)

(a) l. qui cædem. l. 6. ff. ad l. cor. de ſicar. Gen. 9. 4. Gail. 2. obſ. c. 1. (b) VVeſ. eo. n. 7. (c) Damhoud. prax. rer. crim. 101. n. 7. Ord. Imp. ar. 119. (d) l. 2. C. de faſ. monet. Clar. lib. 5. ſent. §. falſum. n. 37. ſi falſetur moneta Cæſaris d. l. 2. In alijs eſt. vltimum ſupplicium cum publicatione bonorum. l. 1. C. eo (e) l. 3. C. de maleſic. vel gladius l. capitalium ff. de pæn. Eadem etiam pæna in magos & hæreticos ſtatuitur Ord. Imp. c. 130. *(f)* & Graſſatori. Clarus l. 5. ſent. §. ſacrilegium. n. 3. (g) d. l. capitalium (h) l. vlt. C. de pæn.

Pœna intra 4. menſes ſoluenda.

Si foret ob furtum (a) *pœnalis pœna rogata*
Menſibus hæc quatuor exſoluenda foret.

(a) iniuriam, aliaque delicta. l. fi. C. de vſur. rei iud.

Pæna redit in authorem.

Vim talem ſubeat qualem feciſſe volebat
Diſcat vt authorem pœna ſubire ſuum.

l.Sancimus C.de pæn.& to.ti.ex.eo.l.crimen. ff. eo. Ierem.c.31.verſ.10.Ezech.18.20.Deut.24.16.4. Reg.4. ver.1.

Pænam multa mitigant.

Pænam,cauſa,locus,tempus,moderantur euentus,
Perſona, & quantum,qua leg3 ſæpe venit.

l.aut facta.ff.de pæn.VVeſ.eo. n. 7. l. pen. ff. de extraord. crim. ad perpetuos tamen carceres nemo damnari debet.l.8.ff.eo.iure Can. poteſt. c.quamuis ex.eo.

Pœnæ 20.annis præſcrib.

Pænas (a) *viginti faciunt praſcribier annis*
Iura: (b) *ſed excipies has,citò qua pereunt,* (c)

(a) Sc.temporales,non etiam ſpirituales.ſpec.de ſent. n.9.(b) l.querela.12.C.de falſ.VVeſ.de vſurp. n.8. (c) l.ſi non conuicij.C.de iniur.l.adulter. C. ad l. iul. de adul.

Pæna legis Pomp.

Virgis ſanguineis caſus corio paricida
Inſuitur,ſunt Gallus,ſimia,vipra,moloſſus,
In mare proijcitur,videat ne elementa ſuperſtes.

Cic.pro Roſcio.§.alia.Inſt.de pub.iud.l.1. & pen.ff. ad l.pomp.de paricid.l.vn.C.de his qui par.occid.Exod. 21.15.

21.15.Ab hac lege Patres excipiebantur,quibus in filios vitæ,& necis poteſtas erat.l.in ſuis,ff.de lib.& poſthum. Hoc iudicium,nullam admittit præſcriptionem l.fi. ff. ad l.pomp.de paricid.

Pæna prægnantis.

Quadraginta dies prægnantis protrahe pænam
Poſt quos à partu pæna cruenta datur.

l.prægnantis.ff.de pæn.l.imperator ff.de ſtatu. hom. l.3.ff.de ventre inſpic.Item ſi Princeps reſcribat aliquẽ puniri vltra modum regularem , debet iudex vſque ad 30.dies differre ; vt videat ſi princeps pænam relaxat.l. 20.C.de pæn.

Pæna legis Cornel.

Corneliæ legis ſit deportatio pœna (a)
Enſis vt accedat iura moderna volunt (b)

(a) olim cum ademptione bonorum.l.3.§.fi.l.pen.ff. ad l.cor.de ſic.l.pen.C.eo.§.item l. cornelia. Inſt. de pub.iud. (b) Gen.9 Num.39.Deut 19.Exod. 21. 22.ſi euentu non ſecuto mitiganda eſt pæna vt mitigari debet. non debet relegatio,ſeu exilium aut ad remos damnatio decerni.Bar.in l lege ff.de vi publ. cum regulariter vbi mitigatur pæna capitalis, non ſit infligenda aliqua corporis afflictiua.Hyppol.in l.1.n.61.C.de ſicar.l.ſi quis in graui ff.de SC.Syllani.l.4.C de SC.Syllan.l.C.ad l.iul. de adul.l.lex.iulia.§.fi.ff.ad l.iul.repet.

Pœna mitigatur non ſecuto euentu.

Mitigat huic pœnam Iudex cum deſit euentus, (a)
Conatum lenigat,lex niſi ſcripta vetat. (b)

(a) l.

Digitized by Google

(a) l. ſi fugitiui C. de ſeruis fugit. l. 1. ff. de extraord. crim. l. vulgaris: ff. de fur. c. ſi. de foro comp. (b) Sc. in atrociſſimis delictis puta paricidij, maieſt, rapt. literis hoſtil. aut etiam in pænis Eccleſiaſticis l. 1. ff. ad l pomp. de parid. l. vn. C. de rap. Virg. Ord. imp. c. 128. 129 c. 1. de homicid. in 6. Quæ quia ſingularia ſunt non facile ad conſequentiam ſunt trahenda. l. ius ſingulare. ff. de legibus. Quia in ijs punitur affectus. l. & generaliter. ff. de calum. L. ſi quis perſuaſerit. C. de fur. l ſi autem ſeruo. ff. de condic. ob turp. cauſ.

Pæna inceſtus.

Enſis adulterij pæna eſt, (a) *inceſtus, & enſis,* (b)
Coniugij inceſti ſemper at exilium. (c)

(a) l. ſi. ff. de ritu nup. Vid. adulterium. l. ſi adult. ff. ad l. iul. de adult (b) d. l. ſi adulter. l. 5. ff. de quæſtion. Et nefarij coitus, cum quis contra naturam nefandas libidines exercet. l. cum vir nubit. C. ad l. iul. de adul. Nou. 77. vt non lux. contr. natur. c. mulier. 15. q. 1. Et quamuis iure ciuili meretricia conſuetudo non puniatur. l. ſi vxor. ff. ad l. Iul. de adult. l. quæ adulterium C. eo. l. vn. C. de contuber. Nec in vilibus & corruptis ſtuprum cõmittitur. l ſi ea d. l. quæ adulterium 29. C. eo. Pæna ſtupri eſt in honeſtis publicatio dimidiæ partis bonor. In humilibus coercitio corporis cum relegatione. §. item lex Iulia. Inſt. de publ. iud. Iure vero Can. violata aut duci, aut pro eius conditione dotari debet. c. 1. vbi DD. ex. eo. Deut. 23. quantum Sc. Pater corruptæ veriſimiliter in dotem dediſſet arg. l. 6. l. ſtuprum. ff. eo. vbi dicitur ſtuprum etiam in viduam committi: ſtuprum tamen in necdum viripotentem commiſſum capitale eſt. l. cum vir. C. eo.

Pœna

Digitized by Google

Pœna tenet auctorem.

Auctores proprios ſua crimina iure tenebunt, (a)
Non minùs in pœnis, quàm repetendo ſuum.
Sic quoq; cenſetur damnum dare, qui iubet: at non
Præciſè parens, fraude proinde caret (b)

(a) l. ſancimus. C. de pœn vid. infr. (b) l is damnum dat, qui iubet dare, eius verò nulla culpa eſt, cui parere neceſſe eſt. l. a 29. ff. de R. I. c. mulieres. ex. de ſent. excom.

Poſſeſſio.

In facto naturalis poſſeſsio ſiſtit.
In quo ciuilis colligere inde poteſt.

l. poſſeſſionem, ff, de acq. vel amitt. poſſ. l. nemo C. eo. &c. in iure. Eſt autem poſſeſſio ius retinendi, inſiſtendique rei. l. 1. & ſeqq. ff de acquir. vel amitt. poſſ.

2.

Viſu, ſiue rei mutuata venditione
Clauibus & chartis, mea ſi conduco ſcienter
Quamuis non aliter fiat, poſſeſsio tranſit.

l. Claudius. ff. de contrahend. emp. l. clauibus traditis 74. ff. eo.

3.

Cum damno vita poterit ſua quisq; tueri,
Si ſit priuatus, reſtituendus erit.

l. itaque ff. ad l. aquil. Menoch. de recup. poſs. remed. 1. c. 1. 6. 7. & to. ti. de reſtitut. ſpoliat. Spoliatus namque ante omnia reſtitui debet. gloſſ. in d. l. itaque.

G 4 Iure

4.

Iure cadis proprio, ſi vi poſſeſsio rupta,
Si nil iuris habes ſolue rei precium.

¶ Menoch. eo. rem. 9. & ſeqq. & to. ti. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.

Poſſeſſor bonæ fidei.

Lite orta exſtantes poſſeſſor reddere fructus
Debet, conſumptos non, niſi praua fides.

l. certum. C. de rei. vend. l. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. dom. l. fides bona. ff. de R. I. poſſeſſor enim malæ fidei vllo tempore non præſcribit. c. poſſeſſor. de R. I. in 6.

Poſſeſſor malæ fidei

Siquis per fraudem poſſeſſor deſijt eſſe,
Hic, ceu poſſeſſor, conueniendus erit.

l. parem eſſe conditionem. 192. ff. de R. I. l. nemo. ff. pro Soc. quia vtrobique fraudandi animus apparet, atque eò grauiùs committit, quo rei perſequendæ difficiliorem facit cauſam, t. t. ff. de alien. iud. mut. cau.

2.

Si duo de lucro certant, & poſsidet alter,
In dubio melior cauſa tenentis erit
Sic paribus cauſis potior Poſſeſſor habetur,
Hinc Poſſeſſoris commoda magna vocant.

l. nemo prædo. §. cum de lucro. ff. de R. I. l. in pari cauſa. 170. ff. eo. c. in pari de R. I. in 6.

3. Si

3.

Si Reus, aut Actor, vel vterq; lucroſa capeſſit
In paribus melior cauſa tenentis erit.

l.33. ff. de R. I. In pari cauſa meliorem eſſe conditionem, poſſidentis, & occupantis, Faber in l. inter eos. ff. de Re iud. latè probat.

4.

Ille bona fidei poſſeſſor dicitur eſſe,
Iudicis officio qui ſua tecta tenet.

l. qui auctore iudice. ff. de R. I. l. non videtur. ff. eo.

Populus.

Quod maior populi pars conſtituiſſe videtur,
Hoc populum totum conſtituiſſe puta.

l. fi. C. de iur. delib. l. pen. C. de legat. lib. 10. l. 7. C. de iur. delib. l. pen. C. de legat. lib. 10. l. 7. C. de omni agr. deſer. lib. 11. c. quod omnes. de R. I. in 6. l. fi. C. de auct. præſtan. c. quæ ſunt. ex. de his, quæ fiunt à ma. par.

Poſthumus.

Non eſt cenſendus ſine natis mortuus eſſe,
Vxorem grauidam tempore mortis habens.

l. ſiquis prægnantem. ff. de R. I. l. liberorum. 220. ff. de V. S. l. 6. & 7. ff. de ſuis, & legit. §. ſiquis. Inſt. qui teſtam. tut. dari poſſ.

Poſthumus.

Poſt teſtamentum, vel mortem, Poſthumus extat,
Qui teſtamentum rumpit à morte patris.

l. Poſthumus. ff de iniuſt. rup. & irrit. fac. teſta. §. poſthumi. Inſt. de exhæredat. lib. l. ſi filius. l. in ſuis. ff. de lib. & Poſthum. VVeſ. n. 2. & 3. Nam liberorum appellatione etiam poſthumus venit. l. liberorum. 220. ff. de V. S.

Poſt liminium.

Da poſtliminium, ſi quis ſit ab hoſte reuerſus,
Quatenus hoc medio reſtituantur opes.

§. ſi quis ab hoſtibus. Inſt. qui mo. ius patri pot. ſol. l. poſtliminium. ff. de cap. & poſtlim. reuer. l. pen. C. eo. Redempti niſi Redemptori λύτρον ſoluere poſſint, per quinquennium ei operas præſtare debent. l. ſi. C. eo. licet aliàs pro debito pecuniario liber homo ſeruire non cogatur. l. 12. C de act. & oblig. Ius poſtliminij vulgò dicitur das recht der widerkunfft eines vermeinten todten.

Poſtulare.

Lege vel edicto nec cæcus, (a) ſurdus, (b) amicus,
Nec minor, (d) aut iudex, (e) poſtulat, aut mulier, (f)

(a) l. 1. §. ſecundo loco, & §. cæcus, ff. de poſtul. (b) d. l. 1. §. initium (c) ad 4 vſque gradum. Gloſſ. in l. 4. ff. de teſtib. Gloſſ. & DD. in c. ſi. ex. eo. [d) d. l. 1. l. 1. C. quando mul. tut. off fung. l. alienam. C. de proc. l. 2. ff. de R. I. 1. Cor. 14. 34. (e) l. quiſquis ff. de poſtul. (f) d. l. 1. §. initium. VVeſ. n. 40 eo.

Præ-

Præſcriptio.

Vſu res capitur, denis immobilis annis
Inter præſentes: viginti abſentia gaudet. (a)
Mobilis at trinis, (b) *titulo triginta carentes,* (c)
Rebus in Eccleſia ſunt quadraginta ſtatuti. (d)
Principis, ac vrbis res centum, (e) *vendita fiſco*
Non niſi continuus quatuor præſcribitur annis. (f)

(a) § 1. Inſt. de vſucap. & to. ti. C. de long. tēp. præſcrip. l. hæreditatis. C de petend. hæred. (b) d. §. 1. (c) l. ſi quis emptionis. C. de præſcrip: 30. vel 40. ann. l. omnes. C. eo. (d) auth. quas actiones C. de SS. Eccleſ. (e) l. fi. C. de SS. Eccleſ. l. comperit. 6. C. de præſcrip. 30. vel 40. an. c. fi. de præſcrip. (f) l. 1. C. de quadrag. præſcrip. §. fi. inſt. de vſucap. contra Eccleſiam Rom. non niſi centenaria currit præſcriptio. Coll. 2. ti. 4 No. 9. ſecus eſt de reliquis. d. Auth. quas actiones. C. de SS. Eccleſ.

Et licet hæc ciuitas Rom. totius orbis caput, Sanctimoniæ receptaculum, & propago SS. Apoſtolorum ſit, multaque de hac Sanctiſſima Vrbe, eiuſdemque delicijs, ac prærogatiuis ſcripta exiſtant, DD. tamen in l. ſequitur. Verſ. pupillus, ff de vſur. caput Auaritiæ, & luxuriæ temerè appellant. Qua de re apud Albericum legitur, Fridericum II. Imperatorem Innocentio IV. hos verſus tranſmiſiſſe,

Roma diu titubans longis erroribus acta
Corruet, & mundi deſinet eſſe caput

Ad hos verſus Pontifex reſcripſit.

Niteris in caſſum nauem ſubmergere Petri,
Fluctuat, aſt nunquam deſinet eſſe ratis.

Quibus replicauit Frid. Imp.

Fata volunt, ſtellaq; docent, auiumq; volatus
Quod Fridericus ego malleus orbis ero.

Reſpondit Papa.

Fata volunt, ſcriptura docet, peccata loquuntur
Quod tibi vita breuis pœna perennis erit.

Porro in vtroque foro Pontif. Max. Romani agnoſcunt Superiorem, alia ratione, quàm veneti ſuos Proceres, Hi quippe nullum ſuperiorem agnoſcunt, ſed ex iure gentium libertatem prætendunt, quod nullius in ſolo ædificarint, cum in mari licitum ſit ædificare, perinde atque in littore §. Flumina, & §. littorum. vbi Mynſing. Inſt. de rer. diuiſ prout extructæ ſunt Venetiæ præcipuum Orbis Emporium, ciuitaſque potentiſſima in ſinu maris Adriatici, de qua Poet.

Vt mare nil niſi aqua, cælum nihil eſt niſi ſtellæ:
Sic ſunt Venetiæ nil niſi diuitiæ.

Siquidem aſiàs qui in ſolo iuriſdictionali ædificat, illius efficitur ſubditus, Spec. de religioſis domib. verſ. Quid ſi petatur ciuitas. l. 1, & 2. ff. de fluminibus l. portus. ff. de V. S.

Præſcriptio etiã contra ignorantem & abſentem currit.

Contra ignorantem currit, contraq; ſcientem
Et ſimul abſentem res capienda datur.

l. ſi C. de long. temp. præſcrip. l. ſicut. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. Quamuis ignorantibus ius ſuum reſtitutio in integrum ex clauſula generali SI QVA MIHI IVSTA CAVSA &c. in l, 1. §. 4. ff. ex quibus cau. ma. detur.

tur. Sine poſſeſſione tamen nulla præſcriptio procedit. c. ſine poſſeſſ. de R. I. in 6. c. cùm olim de præſcrip. Gail. 2. obſ. 68. n. 3. Et qui mala fide rem acquirit, præſcribere non poteſt de Iure Canon. c. fi. de præſcrip. c. poſſeſſor. d. R. I. ſecus de iure ciuili, quo omnes actiones 30. vel 40. annis præſcribuntur. Malæ autem fidei poſſeſſor dicitur, qui emit contra diſpoſitionem Iuris, vt ſi ab amente vel minore 14 annis, ab illegitimo tutore dolo vel fraude emit, d. c. poſſeſſ. de R I. in 6, & ibi Dynus n 2. & 3. Clauſulæ autem apponi ſolitæ ſi omittantur habentur pro appoſitis.

Præſcriptio temporis immemorialis.

Principis vt iuſta fiat præſcriptio legis.
Actus principium quemq; latere ſolet (a)
Conſuetudo tamen denis, inducitur annis
In legem. (b) *decies at quater in Canonem.*

(a) l. comperit noſtra ſerenitas 6. C. de præſcrip. 30. vel 40 an. c. ſuper quibuſdam. § præterea. de V. S. (b) Bar. Iaſ. in l. de quibus ff. de ll. Panor. Bald. Cur. Felin. in c. fi. de conſuet. Schurff. con. 47. (c) ſi contra ius fiat c. de quarta. de præſcrip. c. cum de beneficio. de præbend in 6. ſecus ſi præter ius fiat, tunc enim & decennio roboratur. c. fin. de conſuetud.

Præſumptio.

Iuris, (a) *natura,* (b) *datur & præſumptio facti* (c)
Vix homo præſumit, ſed ipſa facta probat. (d)

(a) l. lucius. ff. de condit. & demonſtr. Et hæc, ſi ſit iuris & de iure, ab onere probandi releuat. l. ſiue poſſidetis. C. de probat. (b) Felin. de præſump. Alciat. co. reg. I.

VVeſ.n.14.(c) c.quia veriſimile.ex. eo licet aliàs facta non præſumantur ſed probentur.l. aſſeueratio. C. de non num.pec.l.16.C.de prob. Imo nec ea, quæ iuris ſunt facile præſumuntur. Ius enim ſemper certum eſt,l.2. ff. de iur.& fac.ig.(d) l.inſtrumenta l.rationes C.de prob. & præſumpt.d.l aſſeueratio. Præſumptio definitur coniectura ad aſtruendam rei dubiæ fidem. VVeſ.de prob. n. 14. & 15.

Præteritio matris pro exhæredatione habetur.

Præteriens natum precludit codice mater, (a)
Nil teſtata valent, prætereunte Patre. (b)

(a) l.filiam præteritam,ff.de inoff.teſtam.Inſt. eo. in prin.C.eo.(b) l.inter cætera. ff.de lib.& poſthum. Inſt. de exhęredat.lib.§.1. Facto autē teſtamento. Si totus As fuerit per teſtatorem diſtributus, qui ſine parte eſt iniſtitutus, habet ſemiſſem totius hæreditatis.l.hæreditas ff.de acq.rer.do.ff.de hæredibus inſtit. & ff. de acquir.vel amitt.hæredit.paſſim.

Præuaricator.

Crimina qui abſcondit, delictaq́ vera recondit
Colluditq́ reo, præuaricator erit.

l.1.§.1.ff de præuaricatione.l.præuaricatores. ff. de V.S.l.1 §.1.ff.ad SC.Turpil.

Prioritas.

Tempore qui prior eſt potior quoq́ iure videtur
Si fueri pignus: (a) *tradita ementis erunt.* (b)

(a) l.2.C.qui pot.in pig.l.qui balneum.l. potior.ff. eo c.

eo.c.qui prior.de R.I.in 6.(b)ff.& C.de contrah. emp. paſſim. Ab hæc reg. Creditores priuil.excipiuntur.

Priuilegium.

Annis triginta pereunt priuilegia cuncta, (a)
Sic non vtendo nundina quæq; perit. (b)

(a) iur.Sax Ciuili autem iure decennij tempore, ff.de vſurpat. & vſucap.per to. (b) l.1.ff de nundinis. Nundinantes liberi ſunt tempore nundinarum in acceſſu, mora, & receſſu.l.vn.C.eo.

Probatio.

Terminus hebdomadæ ſunt ſex, quo cauſa probetur,
Qui tamen aptatur Iudicis arbitrio.

l.1.C.de dilat. VVeſ.n.8.ſpec.de proba. Poſt quartam autem productionem, aut poſt publicata teſtimonia non eſt probatio admittenda. Auth. At qui ſemel. C. de probat. vt nec ciuiliter poſt concluſionem in cauſa. Iaſ. in l. admonendi.n.50 ff. de iureiur. Relatio verò in Iure propriè eſt remiſſio cauſæ ad Superiorem ſuper re dubia, qua Princeps, quid in iudicando ſeruari velit, interrogatur.l.6 ff.de appellat.

Procurator in criminalibus non admittitur.

Cum ſupra exilium, capitis ſit pœna rogata
Procuratorem nullus habere poteſt.

l.pen.& fin.§ pen ff.de publ. iudicijs.l.2.3.& 4 ff. de his qui accuſ.poſſ.VVeſ.de proc.n.5, tam ex parte actoris quàm rei, hinc actio in iur.ad ſatisf.honoris ſeu reuocationem iniuriæ intentata cum ſit criminalis, & non ci-

uilis, procuratorem non admittit. Poteſt tamen in pœnæ relegatione minoribus Procurator recipi. VVeſ d. loc.

Procurator ad litem.

Ni procurator viginti quinq; ſit annis
Maior, non debet litis obire iugum:
Poſt ſeptem denos aliena negotia curat,
Si volet, hunc alium ſubſtituiſſe iuuat.

l. filiusfam. 8. ff de procur. l. neque. C eo. Mynſ. n. 9. obſ. 43. Cent. 1. Procurator de iure communi non poteſt poſt litem conteſtatam reuocari. niſi in certis caſibus. c. 2. de procurat. De conſuetudine Auſtriæ ſemper poteſt, & iure apud acta conſtitui l. 1. C. de ſatisd. Secus ſeruatur in Auſtria. Nota. Si procuratori concedatur facultas omnia libere faciendi, quæ ipſe principalis in propria perſona facere poſſet, tunc procurator omnia facere poteſt quæ aliàs ſpeciale mandatum requirunt. Abb. in cap. ſi. de dilat. Tranſactio tamen & compromiſſum requirunt ſpeciale mandatum. Abb. in c per tuas, de arbitr. c. accedens, de procuratoribus. Vnde conſtat, quod procurator ad agendum non admittatur, niſi habeat mandatum: ſi tamen mandatum habet, quod ſufficiens non ſit, admittitur cum cautione de rato. l. 1. C. de procur. licet aliàs de iure comm. admitt. defenſor etiam ſine mandato, & ſine cautione de rato. dummodo cautionem det iudicatum ſolui l. minor. ff de minoribus. Et tantum refert, vt de iure communi ſententia lata contra procuratorem, non habentem mandatum ſit ipſo iure nulla, quantum ad perſonam principalis: ſed quantum ad perſonam procuratoris non eſt nulla, quia poteſt contra eum executioni mandari.

Pro

Pro facto habetur id, in quo per alium mora ſit, quominus fiat.

Alterius factum quotiens facienda moratur,
Ne dubites, quin hac fictio facta putet.

l.in omnibus.ff.de R.I.l. .ff.de condit. inſtit. l. pupillus.78.ff de condit.& demonſtrat.quia nihil imputandum eſt promiſſori, cum per eum nihil ſteterit.d.l.3. l.factum.155.ff.de R.I.

Q

Quatenus cuius interſit, in facto, non in iure conſiſtit.

Si cupis, interſit quantum cuiuſque, videre,
Non ius, ſed factum perſpiciendo ſcies.

l.24.ff.de R.I Quod intereſſe quia incertum, diligenter probari debet, aliàs reus abſoluitur. Iaſ.in l 3. & fi.ff.de eo, quod cer.loc.quantum interſit, Iudicis officio æſtimatur.l.pen § fi.ff.vti poſſid.

Querela inoff.teſtam.

Naſcitur ex Gliciâ teſtati lege querela (a)
Hac intra quinos (b) *à fratre opponitur annos.* (c)

(a)l.4 ff.de inoff.teſtam. Cuiac.2.obſ.c.21. (b) l.ſcimus l.ſiquis 34. C.eo.l. Papinianus. ff. eo. Condictio autem, qua ad ſupplementum legitimæ agitur, 30.annis durat. Auth.præſcripta res C. de epiſc. & Cler.Bald. côſ.89.Paul.vol.;.(c)§.ſoror.Inſt.de inoff, teſtam.l.fra-

tres.C.eo. Quod etiam procedit, ſi fratri vel ſorori legitima relicta ſit, licet contrarium teneat Paulus. Vltra fratres, & ſorores cognatis non competit. Si tamen Pater vel Mater, auus vel auia, proauus, vel proauia liberos, vel alios deſcendentes exhæredes faciant, eis quoque querela competit §. aliud quoque. Auth. vt cum de appellat. Ex hoc nota. quod ſi mater, auia, vel proauia liberos prætereant, tunc liberis datur querela inoff. teſta. ſi pater, auus aut proauus eos prætereant, tunc teſtam. eſt ipſo iure nullum. Inſt. de inoff. teſtam. in princ. Querela eſt imploratio officij Iudicis, qua quis ſcriptũ teſtamentum, vt iniuſtũ reſcindi, & ſe hæredem declarari petit, lege Glicia introducta ob frequentiam exhæredationis l. 20. ff. de inoff. teſtam. Querela autem intra quinquennium ab adita hæreditate proponi debet, principaliter Fratribus conceſſa. d. §. Soror. & d. l. fratres.

Quicquid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non priùs ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia appareat.

Quæ furor ille breuis vel dicit, vel facit, hæc non
Protinus, at tantùm continuando rata.
Inde fit, vt coniunx nec diuertiſſe videtur,
Quæ breuibus molli temperat arte virum.

l. quicquid. 48 ff. de R. I. Hæc Reg. in ijs procedit, quæ ſine detrimento eius, qui iniuriam paſſus eſt, reuocari poſſunt, vt ſi vxor diuertens breui reuertatur. l. 3. & 7. ff. de diuor.

Qui

Digitized by Google

Qui ex liberalitate conuenitur, in id, quod facere poteſt, condemnabitur.

Si pro donato tibi lis intenditur, hanc tu
Duntaxat ſalua commoditate feres.

l.Diuus Pius.ff.de R.I. Non tamen poſt moram vſuras debet, l.eum qui.ff.de donat.

Quod initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere.

Principijs inſta: nam tractu temporis illa
Firmantur ſolùm, quæ valuêre prius.

l.29.ff.de R.I. Niſi noua qualitas, quæ actui anteà inualido vigorem tribuit accedat. Dyn. in c. nòn firmatur. de R.I.in 6. Hæc Reg. refertur non tantùm ad teſtamēta.l.201.ff. de R. I. l. 1. ff. de Reg. Caton. ſed etiam ad contractus.l.obligari.ff.de auct.tut.alioſue actus, puta, ſententiam. l.19. ff. de appellat. & pactiones. l. 77. ff. de R.I.

R

Raptor.

Raptor, (a) *& incendens* (b) *intra annum quadrupla ſoluent.*

Si ſit nummalis pœna roganda reis.

(a) in quo tamen rei perſecutio ineſt. §.1. inſt. de vi. bo. rap §. ſequens. Inſt. de act. Poſt annum in ſimplum. l. 2. ff eo. l. 1. C eo. de vi. bo. Qui autem turbā vel in ea damnum dedit intra annum in duplum actio datur. l. prætor. ff. eo. (b) l. 1. §. ex incendio. l. 3 ff de incend. ruin. naufr. l. in eum cum auth. ſeq. C. de fur. Sc. dolo malo. Nam qui culpa, & negligentia cauſſam dedit incendio, dupli actione tenetur, l. 3. l. ſi quis. ff. ad l. Cor. de Sicar. Quæ incendiariæ dicitur. l. iuriſgentium ff. de pac. nam damnum meritò vicinis reſarcit. l. qui ædes. ff de vi bon. & corpori parcitur l. pen. ff eo. Si criminaliter agatur, vel dolo factum ſit, capitali pœna tenetur l 3. §. fi l. qui ædes. l. fi. ff eo. l. capitalium §. incendiarij. ff de pœn.

Regula Catoniana.

Ad ius antiquum Catonis regula ſpectat.
Quæ legatorum cedit à morte dies.

l. 1. & 3. ff. de reg Caton. § ſic eadem res Inſt. de lega. Ne Sc. caduca fierent. l. vn. C. de cad. toll. Vnde ad leges nouas, Sc. ad Papiam. & Iuliam, quibus dies poſt apertas tabulas cedit, non porrigitur.

Rei Vendicatio.

Vendico quod proprium eſt, ſeruilia vendico, pignus:
Hinc rerum Dominis vendica trina datur.

l. 3. § Eſt autem. §. Pomponius. ff ad exhib. Cuiac. lib. 5. obſ. c. 29 l. ex diuerſo ff de rei vendic. l. ſed ſi quæritur. ff. ſi ſeruitus vendic. §. 1. Inſt. de act.

Rele-

Relegatio.

Perpetuum exilium ſine tempore durat in annum.
Si indefinitè, decimum complectitur annum.

l.fin.23.ff.de pœn. & 10. ti. ff. de interdic. & relegat. Vid.Exilium.

Remedium Canonis redintegranda.

Subſidium Canonis redintegranda reponit
Directo Domino, quod violenter abeſt.

c redintegranda.3. q.1. Remedium quoque recuperandæ poſſeſſionis, & in eum datur, qui non deiecit poſſeſſorem, ſed a deijciente ſciens & prudens rem eandem accepit. c.18. ex. de reſtit. ſpoliat. contra l.7 ff. de vi & vi arm. Quod quia conſcientiam concernit, etiam in foro ciuili ſeruandum eſt.

Remiſſio reorum hodie ceſſat.

Eſt vbi delinquens captus punitur ibidem (a)
Non vbi peccauit pœna luenda venit. (b)

(a) l.ſolent. ff. de cuſtod. & exhib reor Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. l.1. C. eo. l. 4. ff. de recep. arbitr. l.1. ff. quod cuiuſque vniuerſit. ord. Imp. de accuſat. & inſcrip. Nou. 134. c.5. (b) niſi & ibi capiatur. Damhoud. prax. rer. crim. c.23. n.11. Clar. lib.5. ſent. §. fi. q. 38.

Reſciſſio contractus.

Si probet hoc vendens nimium quid læſus habetur.
Contractum ſcinde, aut adde bonum precium.

Statu-

Statq; per emptorem, cupiatne reſcindere factum,
An precij tantum ſoluere quod deerit.

(a) vltra Sc. dimidium iuſti precij. l. 2. C. de reſcind. vend. (b) l. ædiles. §. iumentorum. ff. de ædil. edic. Gabr. Rom. lib. 5. tit. de empt.

S

Satiſdatio.

Cautio ſit ſimplex, (a) *iurata,* (b) *neceſſa,* (c) *voluntas:* (d)
Tunc caue ſimpliciter, cùm bona poſſideas. (e)

(a) l. ſatiſdationis. ff. de V. S. l. 3. ff. qui ſatiſd. cog. (b) l. fi. ff. qui ſatiſd. cog. (c) l. qui fieri 7. cum l. ſeq. ff. eo l. interdum. ff. rem rat. hab. (d) d. l. interdum (e) §. ſed hodie. Inſt. de ſatiſdat. Iaſon in l. 7. §. 1. n. 8. ff. Qui ſatiſd. cog. Satiſdatio actoris debet fieri, intra duos à tempore porrecti libelli menſes; ſe litem conteſtaturum, & vſque ad finem permanſurum, quæ tamen Iure Ciuili, vel conſuetudine remitti poteſt, prout remittitur immobilia poſſidenti, d. §. ſed hodie. & d. l. 7.

Satiſdare nequeunt hi.

Ne minor, (a) *aut mulier,* (b) *caueat cum milite,* (c) *ſeruus,* (d)
A Monacho, & Genitu, (e) *cautio nulla datur.*

(a) l. de die. 8 §. 1. & 2. ff. qui ſatiſd. cog. (b) d. l. 8. l. 3. ff. de fideiuſſ. & to. ti. ff. ad SC. Vell (c) d. l. 8. l. milites. C. de loc. & cond. (d) d. l. de die. & ſeq. (e) d. l. de die. 8. Auth. coll. 1. tit. 5. Nou. 5. de Monach. item de Monaſt. & Mon. Conſt. 5.

Digitized by Google

SC. Libonianum.

Legis Corneliæ falſi vice Libonianum
Fungitur, vt poſſit ſuppeditare fidem.

l. falſi. 20. l. quid ſit falſum. l. exemplum. ff. ad l. Cor. de falſ. & de SC. Libon. Pœna huius olim erat. Deportatio, & omnium bonorum publicatio in liberis: In ſeruis vltimum ſupplicium. l. 1. l. fi. ff. eo. ſed hodie pro qualitate delicti aut interdum ad ſupplicium pro falſo punit. l. vbi. C. eo. Deut. 19. aut remittitur vſque ad manus amputationem. Nou. 47. & 17. c. 1. de prohib. feud. alien. per Frid 2. feud. 55. vel relegationem etiam temporalem. l. qui duobus. l. falſis. ff. eo. Quandoque in totum aufertur, vt impuperibus. l. impuberē. ff. eo. ita vt certa pœna, in falſarios definiri non poſſit, ſed arbitrio Iud. relinquenda ſit. Porro de crimine falſi etiam ciuiliter actione in factum ad duplum agitur. l. qui nomine. l. hodie. ff. ad l. Cor. de falſ. & de SC. Libon. Hoc SC. quod temporibus Hadriani L. Nonio, & M. Annio Libone Coſſ. latum eſt, verſatur circa res, quæ publica iudicia conſtituunt, veluti ſunt inſtrumenta, pondera, numeri, menſuræ &c. falſa; vel quod dolo malo corrumpendæ veritatis, in alterius fraudem fit. l. nec exemplum. l. quid ſit falſum. ff. eo.

SC. Macedonianum.

Macedonis placitum pululat de lege Solonis,
Quo pater, aut natus mutua nulla dabunt.

l. item. 7. §. 6. l. nihil intereſt. ff. de SC. Maced. l. 1. C. eo. ſi tamen filiusfam. afferat mutuanti, ſe ſui iuris eſſe, ceſſat SC, propter iuſtæ ignorantiæ patrocinium. l. 1. C. ad SC. Vell.

Nota tamen hoc SC. Maced. temporibus Veſpaſiani intro-

introductum eſſe, Suet. in Veſp. c. 11. licet & antea apud Rom. ex lege Solonis eius ſententia in vſu fuerit. Paul. lib. 2. tit. 10. Huic SC. cauſam dedit Macedo fœnerator flagitioſus, qui adoleſcentibus filijsfam. pecuniam ad quemuis luxum credebat, ſic vt tandem ære alieno obruti in quoduis flagitium, ac mortis etiam paternæ impellerentur. §. pen. inſt. quod cum eo, qui in alien. pot. l. 1 ff. de SC. Maced. VVeſ. in parat. n. 2. & 3. Vnde hoc SC. cautum eſt, ne cui, qui filiofam. pecuniam mutuam dedit, etiam poſt mortem parentis actio detur. l. item. 7. §. 4. ff. eo. Niſi fortè Caſtrenſe peculium habeat, in quo SC. ceſſat vſque ad quantitatem peculij, cum in eo filijfam. vice patrumfam. fungantur. l. 1. §. fi. l. 2. ff. eo. vulgò dicitur ein Rathsbeſchluß/daß man den Kinderen/ ſo noch in Vätterlichem gewaldt / nicht ſolle ohne bewilligung der Elteren leyhen: Hoc SC. in mutuo tantùm locum habet, non etiam in alijs contractibus, niſi fortè fraus, vel color alia via circumueniendi quæſitus ſit. d. l. 7. l. pen. C. eo.

SC. Velleianum.

Pro nullo caueat mulier: nam cautio talis
Ob Velleianum fine carere ſolet.

l. 2. l. ſi mulier. l. quamuis. ff. ad SC. Vell. ſicut nec pro contractu mariti tenetur vxor. l. 1. C ne vxor pro marit. eoque magis quod pro debito vnius ſua auctoritate grauans alium, puniatur in quadruplū, & cadat à iure ſuo. l. 4 Auth. omnino. C. eo: Beneficio tamen huiuſmodi, Ne vxor pro marito, Item Ne filius pro patre vel contra, renunciari poteſt.

Pro contractu proprio mulier non iuuatur, ſic etiam interceſſio mulieris poſt biennium facta aufert mulieri Velleian. Beneficium. l. 2. C. ad SC. Vell.

Se-

SenatusConſulti Renunciatio valet etiam extra iudicium facta, ſed mulier eo non aliter vtitur, quàm ſi in inſtrum. publ. à teſtibus ſubſignato, interceſſerit, aliàs ipſo iure tuta eſt. Similiter ſi interceſſerit pro marito, vt dixi, ipſo iure tuta eſt. Nou. 134. In certis tamen caſibus mulier ex fideiuſſione obligatur, inter quos præcipuus eſt, ſi renunciauerit SC. Velleiani auxilio, & talis renunciatio, vti dictum, non valet, niſi mulier antea certificata ſit de huiuſmodi priuilegin, ſeu legis auxilio SC. Vell. quod M. Syllano, & Velleio Coſſ. factum eſt, in vulgari idiomate nuncupatur Ein beſchluß deß Römiſchen Raths / daß die Weiber / ſo ſich ſchrifftlich / oder mündtlich verbinden / oder gelt lenhen / nicht ſollen mit rechs zu erſtattung jhres verſpruchs gedrungen werden.

SC. Plautianum.

Vxor triginta Plauto diuerſa diebus
Debet, quod prægnans ſit, ſignificare marito,
Qui dabit ad ventrem cuſtodes, ſiue negabit,
Ex ſe prægnantem, vel cogitur alere partum.

L. 1. ff. de agnoſc. & alen. lib. l. 1. ff. de ventre inſpiciendo. Paul. Caſtr. lib. 2. tit. 24.

SC. Syllanianum.

Tollitur hæredi rellictum Syllaniano;
Ni teſtatoris vindicet ipſe necem.

SC. Syll. & Claudianum introducta ſunt de publica quæſtione à familia Necatorum habenda. l. 1. l. in cognitione. l. Senatus. Vbi VVeſ. in parat. ff. de SC. Syll. & Claud. l. pen. C. de his, quib. vt indig. Hinc vulgò definitur Ein Raths beſchluß / daß man die Diener / deren Herr im Hauß vmbkumpt / vnnd ſie jhm nicht hülff gethan / peinlich fragen / auch nach bekandter that raderen ſolle. SC. Syllania-

Digitized by Google

no hæreditas, quæ hæredi, qui necem teſtatoris non curat vindicare, aufertur, datur Fiſco.

SC. Tertullianum, & Orphyt.

Matri ſuccedes, ô nate per Orphytianum:(a)
Matri dat maſta geniti bona Tertulianum.(b)

(a) § Vulgo quæſitos. Inſt. de ſucceſſ. cogna. in prin. Inſt. d SC. Orphit. (b) to. ti. ff de SC. Tertull. & Orphit. l. 2. C. de iure liberor. ſed Iuſtinianus conſtituit, vt pater, & mater indiſtinctè ſuccedant. §. Sed Nos. Inſt. de SC. Tertul. Cuius auctor conſulti quis fuerit, Nomici certant: Nam cùm Claudius fœminis ius 4. liberor. dediſſet, id poſtea quodam Senatu perfectiùs eſt conſtitutum, nempe vt ingenuæ mulieri ſatis eſſet ius trium liberorum, quod à Conſiliario Tertullianum appellatur, quis autem fuerit iſte Tertullus, certò affirmari nequit: in prin. vbi Mynſ. Inſt. de SC. Tertull. vulg. Vom Rathſchluß/wie ein Mutter jhre Kinder Erben möge. Orphitianum autem Orphitio, & Ruffo Conſulibus factum eſt Imperantibus M. Ælio Patre, & Antonino filio Anno Domini 180. in prin. Inſt. de SC. Orphit.

SC. Trebellianum.

Legitimam defalco meam, quartamq; Trebellam,
Si ſine prole forent reſtituenda bona.

c. Raynutius. 16. & c. Raynaldus. 18. ex. de teſtam. V. G. Pater condito teſtamento inſtituit filium ſuum hæredem, eumque rogauit, vt poſt mortem ſuam, ſi ſine liberis deceſſerit, reſtituat alteri: Hic igitur filius, ſi ſine liberis deceſſerit, primò ſibi detrahit ex hæreditate paterna legitimam ſuam, id eſt, 4. Vncias, quæ conficiunt tertiam partem hæreditatis, deinde ex reliqua hæreditate beneficio SC. Treb. duas alias Vncias, quæ eſt quarta

quarta pars reliquæ hæreditatis, ita quod ex duplici hac detractione filius Semiſſem, id eſt, mediam partem hæreditatis paternæ conſequatur, quam cui vult relinquere poteſt filius. Cōtra verò Ius Ciuile vnam tantum detractionem admittit, Sc. quartæ Trebell. §. quamobrē. Nou 39. de reſtit. & l. 6. C. ad SC. Trebell. DD. putant ius Ciuile in ſuo foro, & Canon. in terris Eccleſiæ ſeruandum eſſe, etiamſi cum diſtinctione loqui videantur. Idque ex SC. Pegaſiano, quod Veſpaſiani Augusti temporibus Pegaſo & Puſione Coss. factum eſt. Nam per hoc SC. idem cautum eſt, vt ei, qui rogatus eſſet hæreditatē reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex l. Falcid. in legatis retinetur. Sed Senatus Conſulto Trebell. omnis vis huius Senatus Conſulti attributa eſt. Hæres tamen ex ſua quarta Legata nō præſtat, ſi portio fideicommiſſaria ad ea ſufficiat, licet cogi poſſit ad adeundum. §. In primis Inſt. de fideicommiſſar. hæredit. & ad SC. Trebell. §. ſiquis. §. Sed quia vbi VVeſ. Inſt. eo. l. 1. & ſeqq ff. ad SC. Tertul. & pegaſ.

SC. Turpilianum.

Si ſemel accuſans deſiſtas (a) *ſoluere debes*
Quinquaginta auri libras, vel ab ordine pœnas. (b)

(a) citra abolitionem. l. 1. §. ſiquis, & §. ſuſpect. ff. ad SC. Turpil. l. 2. C. eo. & to. ti. C. de abolit. (b) l. 3. ff. de præuaricat.

Hoc SC. introductum eſt contra eos, qui temerè accuſant, aut calumniantur, aut præuaricantur, puniunturque extraordinario vt plurimum iudicio: Quia publicè intereſt, accuſationem non intermitti, ſiue vera ſit, vt delicta puniantur, ſiue falſa, ne calumniatores impunè euadant. d. l. 1. & per to. vbi VVeſ. eo.

SC. Claudianum, quo libera mulier ſeruili amore bacchata ipſam libertatem amittebat, & cum libertate ſubſtantiam, Claudij Cæſaris temporibus factum promul-

mulgatumq; eſt Cor. Tacit. lib. 12. Sublatum verò lege Iuſtiniani, qua Domino permittitur in ſeruum ſuum competens caſtigatio, & à libera muliere auulſio l. 1. C. de SC. Claud. toll. §. Erat & Inſt. de ſucceſſion ſublat. quæ fieb. per bonor. vendit. & ex SC. Claud. Quod verum eſt in muliere, quæ ſeruo ſe alieno commiſcuit. Nā ſi cum proprio ſeruo conſuetudinem habuerit, pœnas hac ſuper re conſtitutas ſuſtinebit. l. 1. C de mulier. quæ propr. ſer. ſe coniun. Sed hodie huiuſmodi mulier neque libertatem amittit, neque ſubſtantiam, ſed cum ſeruo Matrimonium contrahere permittitur. l. fi. C. de agri. & cenſit. lib. 11. c. 2. & 3. de coniug. ſeruor. SC. Largiano cautum fuerat, vt liberi manumiſſoris non nominatim exhæredati extraneis hæredibus eorum in bonis latinorum præponerentur. §. ſed hæc Inſt. de ſucceſſ. libert. l. vn. §. 1. & fi. C. de lat. lib. toll. & in Nouell. vt lib. de cæt. aur. an. in prin.

Sententia.

Sin auſtera magis ſolito ſententia lata eſt
Principe, ter denos fac remorére dies.

l. 20. C. de pæn. Executio enim tamdiu differtur, ſi forte Princeps interea remitteret, Not. qui non habet excuſationem, etiam inuitus iudicare cogitur. l. pen. §. 2. ff. de vac. mun.

2.

Non retractatur ſententia lata, repertis
Ex inſtrumentis, (a) *ni priuilegium adeſt.* (b)

(a) l. ſub ſpecie. l. 4. C. de re. iud. l. Imperatores. ff. eo. l. ſub prætextu l. ſi quis maior C. de tranſac. c. 10. ex. de re iud. (b) SC. iurament. neceſſarium l. pen. C. ad. l. Iul. Nota. De iure communi ſententia lata contra procura-

torem

torem non habentem mandatum eſt omnino nulla, quãtum ad perſonam principalis, ſed quantum ad procuratoris non eſt nulla quia poteſt contra eum executioni mandari. l. 1. ff. de procurat. Sententia tamen contra conſuetudinẽ lata eſt nulla, Auth. iubemus. C. de iud.

3.

Poſt bis quinq́ dies ſententia tranſit in actum. (a)
Poſt quos firma manet, nec reuocanda venit. (b)

(a) id eſt, rem iud. etiamſi ab ea fuiſſet appellatum, ſed deſerta appellatio. c. pen. de appell. §. 1. in nou. 23. de appellat. & intra quæ temp app. (b) quia iudex functus eſt officio ſuo & iudex eſſe deſinit. l. Paulus. l. iudex. ff. de re iud iuxta hoc ſeu bona, ſeu mala ſit. ſententia, dico tenendam. to. ti. C. ſent. reſcind. non poſſ. quia eſt firma & indubitata reſponſio. Hæc autem ex allegatis & probatis, non ſecundum conſcientiam concipienda eſt. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſid. Vtraque parte præſente. l. 47. ff. de re iud. vtpote nullus iudicijs vnquam damnabitur abſens. Contrarium eſt in c. 26. de offic. ac poteſt Iud. deleg. vbi legatus S. Pontificis ſententiam à ſe latam ipſe executioni mandare poteſt intra annum, cõtra l. 55. ff. de re iud. Iudex inquit textus poſtquam dixit ſententiam, Iudex eſſe deſinit. Res autem iudicata propriè tunc dicitur quando appellari non poteſt, quæ tunc pro veritate habetur. l. res iud. ff. R. I.

Sepulchrum.

Da ſolidos centum, violas ſi quando ſepulchrum
Nam violator eris, ſacrilegusq́ ſimul.

l. ne corpore. ff. de relig. & ſump. funer.

Sepul-

Digitized by Google

Sepultura.

Nemo ſepulturam aut valet arreſtare cadauer,
Conde ſed in gelidâ corpora mortis humo.

l cum ſit iniuſtum C.de ſepulch.Viol. Nou. 1'6 c.5. Nou.60.c. .Couarr.variar.reſolut.lib. : c.1.n.'0.

Seruitutes reales, & perſonales.

Cùm perſonalis ſit ſeruitus atq; realis.(a)
Altera perſonis, altera rebus ineſt.(b)

Multi ſub iuſto Clypeo pereunt. Cyn. in l. generaliter. C. de Epiſ. & Cler.

Mutare quis conſilium non poteſt in alterius detrimentum, R. I. in 6

Mutus, & ſurdus omnino non poſſunt contrahere ſtipulationem, t. t. ff. de V. O. poſſunt tamen certis caſibus facere teſtam.

Mulus, vel equus, ſi propter imperitiam, vel imbecillitatem Mulionis, vel equitantis ſeruum alterius occiderit, tenetur Equitans lege aquilia. l. 2. ff. ad l. aquil. Inſt. eo.

Ne-

N

NEmini officium ſuum debet eſſe damnoſum.l. ſi quis ff.quemad.teſtam.ap.

Nemo naſcitur prudens,nemo oritur literatus, l. ſtichus.ff.de leg.3

Nemo cum aleno damno locupletari debet, l.14.ff. de cond.indeb.c.nemo.de R.I.in 6

Neceſſitas non habet legem,l.5.ff de no.op.nun.

Nemo ventis viuere præſumitur,l.fi.C.de alim.pup. præſt..

Nemo Iudex in propria cauſa,l.10. ff. de iuriſd. om. iud.

Negligentib.non ſubuenietur, ſed neceſſitate rerum impeditis,l.16.ff.ex qui.cau.ma.

Nemo ſuorũ membrorum dominus,l.4. ff.de cuſtod.

Nemo pluribus pœnis propter vnum delictum puniendus eſt,c.at ſi clerici.de iud.

Necare videtur non tantum qui partum abijcit, ſed etiam qui alimenta denegat.l.necare.ff.de lib.agnoſ.

Negantis per rerum naturam nulla eſt probatio. l. Actor.C.de pœn.

Nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit, l.18. de alimen.legat.

Nemo legibus tenetur cuiuſquam crimen denudare. l.qui furem.ff.de fur.

Nemo priuata vincula,aut ſupplicia verberaque propter debitum noxiorum,fiſcale etiam, debet pertimeſcere.l.nemo C.de Exactor.tribut.

Nemo ex conſilio obligatur.l.4.ff.mandati.

Nemo videtur conſenſiſſe in his, quæ ſunt contra ſeipſum.l.Paulus.ff.de Min.

Nemo tenetur inepto libello reſpondere,c.examinata.ex.de iud.

Nemo

Nemo factum ſuum improbare poteſt, c. 8. ex. de donat.

Nemo debet tenere priuatum Carcerem: Nam contrarium facientes crimen læſæ ma. committunt, & vlt. ſup. afficiuntur, l. vn. C. de priua Car.

Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habeat, l. nemo. ff. de R. I.

Nemo paganus poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere, l. ius noſtrum. ff. eo.

Nemo poteſt ſibi imponere legem, à qua non liceat ei recedere, l. ſiquis. ff. de leg. 3.

Nemo poſſeſſione ſua priuandus eſt, l. vn. C. de prohib. ſequeſt. pecun.

Nemo per contractum poteſt ad pœnam corporalem ſe obligare, l. liber homo ff. ad l. aquil.

Nemo eſt tam ſtultus, qui non velit conditionem ſuam meliorem fieri, §. igitur. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi del. naſ.

Negligentia nouerca Eruditionis dicitur, c. nihil 38. diſt.

Nemo res ſuas propria authoritate occupare debet ſub pœna amiſſionis ſui iuris, l. extat. ff. quod met. cau.

Nemo poteſt ſibi legem dicere à qua ſibi recedere non liceat, l. ſiquis. ff. de leg. 3.

Nemo furetur &c. Quod de omnibus hominibus vſque ad Caprarum, vel vitulorum cuſtodem intelligitur. l. Ang. in l. ſiquis fundum. ff. locati.

Negans non tenetur probare l. 2. ff. de probat.

Nemo poteſt habere duas vxores, l. cum qui. C. ad l. iul. de adul.

Nemo debet interrogari de conſcientia aliena, l. fi. C. de accuſ.

Nemo compellitur ire ad iudicium die feriato. l. omnes, C. de fer. l. 2. ff. ſiquis in ius voc. non ierit.

Ne-

Negligentia cum negligentia compenſatur, l. ſi ambo. ff de compenſ.

Nemo ex ſuo dolo debet lucrari, l. non debet. ff. de dolo mal.

Nemo debet eſſe negligens in ſuo officio, l. ſi duas. ff. de excuſ. tut. l. cum plures. ff. de admin. tut. l. diuus Marcus. ff. de off. præſid.

Nefandum eſt, Aduocatos ſine præfatione aliqua loqui, l. prædicta. ff. de orig. iur.

Nemo Clericus de religione publicè tractare audeat, aliàs à conſortio Clericorum remouebitur: Si verò militia præditus ſit, cingulo ſpoliabitur. Cæteri huius Criminis rei, ſiquidem liberi ſunt, de hac ſacratiſſima vrbe repellantur; Si verò ſerui, ſeueriſſimis animaduerſionibus plectentur. l. nemo Clericus. C. de ſum. trin. & fid. Cath.

Nemo debet eſſe nimis credulus, l. ſi. C. de accuſ.

Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo. l. in hæredem. ff. de calum.

Nemo pro alieno delicto puniendus, exceptis enormib. delic. vt crim. læſæ maieſt. &c. l. quiſquis. C. ad l. iul. maieſt.

Nemo alterius factum ſtipulari, vel promittere poteſt, puta Petrus dabit tibi 100. l. ſtipulatio. ff. de Verb. Oblig.

Nihil ſordidum, ac vile in Sacerdotis ore, vel opere debet apparere. Sed cuncta, quæ agit, loquitur, & cogitat, coram hominib. & interni arbitri conſpectu oportet eſſe glorioſa, c. oportet verſ. cauere, 83. diſt. & c. his igitur. 23. diſt.

Nihil in rerum natura perfectum eſt, quod non ex omnibus ſuis partibus conſtat l. 1. ff. de orig. iur.

Nihil tam conueniens naturali æquitati, quam eodem genere quodque diſſolui, quo colligatum eſt, l. nihil. ff. de reg. iur.

Nihil

Nihil ſub ſole adeo firmum, quod non poſſit rumpi. l. foramen. ff. de Seruit. Vrb. præd.

Nihil eſt tam magnum, quod per diuiſionem non fiat paruum, text. in Auth. de trien. & ſemiſſ.

Nihil magis fidei humanæ congruit, quàm ea, quæ placuerunt, cuſtodire, l. 1. ff. de pac.

Nihil periculoſius, quàm de Vita, & Sanguine hominis iudicare. Schneid. de pub. iud. n. 5

Nihil eſt, quod lumine clarius refulgeat, quàm recta fides in principe. l. inter claras. C. de Sum. trin. & fid. Cath.

Non eſt locus reſtitutioni, vbi res mutat ſtatum, l. diuus. ff. de in int reſt.

Non omnis Vox Iudicis eſt ſententia, nec omnis Vox principis lex eſt. l. non omnis C. de ſent.

Non conſideratur, quod eſt, ſed quod eſſe poteſt. l. pater filio. ff. de hæred. inſt.

Non eſt ferendus, qui lucrum amplectitur, onus autem ſubire recuſat. l. 1. C. de Cad. toll.

Non videtur inſpiciendum, quid fiat, ſed quid fieri debeat. l. ſed licet ff. de off. præſid.

Non omnium, quæ à maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt. l. non omnium. ff. de ll.

Non eſt melior probatio de mundo, quàm Confeſſio Aduerſarij quia Confeſſio, & probatio pari paſſu ambulant, l. 16. C. de pœn.

Non Entis nulla ſunt genera, propria, qualitates, & differentiæ. l. Eius qui. ff. Si cer. pe.

Non eſt in culpa, qui facit, quod conſuetum eſt fieri.

Non ſufficit aliquid eſſe in intentione, ſi non ſit in diſpoſitione, l. cum quidam. ff de hær. inſt.

Non valet dictum teſtis, niſi iurati l. iuſiuran. C. de teſt.

Non tantum quod licet, ſed etiam quod honeſtum eſt.

eſt, conſiderari debet, l. ſemper. ff. de R. I.

Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, c. non præſtat, de R. I. in 6.

Nobilis non dicitur Diues de eo, de quo ruſticus diceretur diues, arg. l. ſi filiæ. ff. de leg. 3.

Non eſt parcendum aſſuetis delinquere, l. capitalium. ff. ad pœn.

Non ſingulis concedendum eſt, quod per Magiſtratum publicè fieri poteſt, l. non ſingulis. ff. de R. I.

Notorium ab onere probandi reuelat. gloſſ. in Clem. appellanti. de app.

Non ſtatim cum Sacro Creditor paratus venire debet. vid. Debitor.

Non eſt intelligendus vir bonus frater aliquis pœnitentiæ, qui Diabolum habet ſub Cappa. Cyn. in l. ementis ff. de contrah. emp.

Non poteſt pinguior victima mactari Deo, quam homo ſceleratus. Senec.

Nox aggrauat delictum. l. aut facta. ff. de pœn.

Non eſt in Medico ſemper releuetur vt æger. Interdum docta plus valet arte malum.

Non valet dictum teſtis, qui vltro, non citatus deponit. l. videamus. ff. de in lit. iuran.

Noſtrum non eſt pro ſtomacho caſus in iure deciſos extendere. Fab.

Notoria non indigent probatione. c. euidentia, de accuſ. c. 3 de teſtib. cogen.

Non nocet cogitatio niſi ſequatur effectus l. 1. ff. quod quiſque iur. l. cogitationis pœnam, ff. de pœn.

Non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat, quod bonum eſt in Auth. de nou. for. fidel. coll. 10. 2. Feud.

Non debet quis admitti ad probandum, quod probatum non releuat. Spec.

Non ſolent, quæ ſuperabundant, vitiare ſcripturam. l. non ſolent. ff. de R. I.

Non

Non eſt ſtandum omnino præſumptioni, l. 1. C. res inter alios acta.

Nolite inebriari Vino, l. omne delictum per Vinum. ff. de re mil.

Non videtur poſſe fieri, quod non poteſt fieri honeſtè. l. nepos proculo. ff. de V. S.

Non debemus recedere à reg. iuris, niſi quatenus reperitur exceptum, l. omnis definitio ff. de R. I.

Nobilitas ſtercus eſt, niſi habeat virtutis concomitantiam. Hoſtien. in c. Venerabilis, de præben.

Non omnia legibus ſancienda ſunt, ac ne poſſunt quidem. Cic. lib. 1. de ll. ſed etiam mores ſequendi.

Non firmatur tractu temporis, quod ab initio non ſubſiſtit. R. I. in 6.

Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet.

Non licet Actori, quod reo licitum non exiſtit.

Nolle non dicitur, qui velle non poteſt, l. 4. ff. de acq. hær.

Nuncio principis ſine literis non creditur, l. prohibitum. C. de iure fiſci.

Nulli in ſua cauſa pro ſe creditur. l. 26. ff. depoſiti.

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit, l. nuptias. ff. de R. I.

Nullus eſt affectus, qui vincat paternum. l. fi. C. de curat. furioſi.

Nullum affectatum dicitur oneroſum, gloſſ. in §. item tria. Inſt. de excuſ. tut. vnde hoc portat leuiter, quod portat quiſque libenter.

Nullum ius habet filius in legitima viuo patre, nec eam petere poteſt. ff. de acq. hær.

Nulli facit iniuriam, qui iure ſuo vtitur, l. nullus. ff. de R. I.

Nunquam actiones pœnales de eadem re concurrentes alia aliam conſumit. l. nunquam. ff. eo.

Nul-

Digitized by Google

Nullum onus humanum ſemper durat. l. nullum. ff. eo.

O

OBligatus purè non poteſt ſtatim conueniri, ſed ſpatium 10. dierum dandum eſt. l. promiſſor. ff. de conſt. pec. l. quod diximus. ff de ſolut. Sic fere vbique eſt conſuetudo.

Obligationes criminales cum capite ambulant. l. 5. ff. de Cap. minut.

Ob populum multum crimen pertranſit inultum. Tiraq. trac. de pœn. cau. 63.

Obligatio Antidotalis vult, vt benefacienti benefaciamus. l. ſed etſi. ff. de petit. hær.

Obligatione principali caſſata, de rigore remanet acceſſoria. l. 2. C de luit. pig.

Odia reſtringenda ſunt, & fauores ampliandi. c. odia. de R. I. in 6.

Officium Iudicis non habet locum ante litis conteſtationem. l. 25 ff. de Ædil. Edic.

Omnes ad imaginem Dei creati ſunt. l. ſiquis. C. de pœ qui omnib. communem naturam dedit. l. hos accuſare. ff. de accuſa.

Omnis emanſio doloſa, ac contumax eſſe præſumitur. l. 13. C de iud.

Omne neceſſarium eſt triſte, quia fit cum anguſtia animi, & malus inde ſequitur exitus. Ariſt & c. 2. ex. de ſponſal. Bald. in l. neque ab initio. C de nup.

Omnis iuris deciſio debet eſſe de caſu dubio. c. in iure peritus. de off. & pot. iud. deleg.

Omnes Rubricæ legum, & Decretalium ſunt authenticæ factæ. Sc. ab Imp. & PP.

Digitized by Google

Omnis definitio in iure eſt periculoſa. l. omnis definitio ff. de R. I.

Omnium habere memoriam diuinitatis magis eſt, quàm mortalitatis. L. 2. C. de vet. iur. enuc.

Omne iuram. quod abſque interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, eſt ſeruandum. c. cum contingat. ex. de iureiur.

Omne crimen intelligitur priuatum, niſi lex exprimat, quod ſit publicum. l. 3. ff. de præuaricat.

Omne rarum carum. Auth. de conſul. §. 1. l. nam ad ea. ff. de ll.

Omnis creatura monetur ad benefaciendum ei, qui ſibi benefacit. Gloſſ. in l. Etſi lege. ff de pet. hær.

Omne promiſſum de iure debitum eſt. l. vn. C. de ſuffrag. l. 1. ff. de pac. l. non minorum. C. de tranſact. c. 1. de dona. l. nemo. ff de in int. reſt.

Omnia non poſſunt ſimul memoria retineri. l. 2. C. de vet. iur. enuc.

Omnis iuris deciſio debet eſſe de caſu dubio. l. quod labeo. ff. de Carb. Edic.

Omne artificiũ per exercitium recipit incrementũ. l. legatis ſeruis. ff. de leg. 3. l. milites. C. de re mil. lib. 12.

Omnes videntur facere, quod facit maior pars. l. quod maior. ff ad municip. l. aliud. ff. de R. I. l. maiorem. ff. de pac. l. nominationum. C. de Decurionib. lib. x.

Omnia noua pulchritudine ſunt decorata; in proœmio ff. §. 2. autem anno.

Omnia ſunt permiſſa, quæ per legem prohibita non inueniuntur. l. nec non. ff. ex qui. cau. ma. l. ab ea. ff. de probat. l. 1. ff. de teſt. l. mutus. ff de proc.

Omnis Sapientia à Deo eſt, & omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum. gloſſ. l. 2. ff. de ll.

Omnia

Omnia morte ſoluuntur.l.1.& 4.C.ſi reus, vel accu. mor.fu. niſi 6.caſib.exc.vt læſæ ma.&c.

Omne dictum debet eſſe rationabile c.ſi quando.ex. de reſcrip.

Omnes actiones, quæ morte, aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio, ſaluæ manent l.omnes.ff.de de R.I.

Omnis Canon intelligi debet ſecundum rub. ſub qua poſitus eſt, gloſſ in c.ſi.de loc.& cond.Etiam lex.l. imperator.ff de in diem addic.

Omne agens agit propter finem. & finis eſt qui mouet agentem.l.ſi pater.& l.cum apud C.de hær.inſtit.

Omnis obligatio parit actionem.l.licet.ff.de proc.

Ordinata charitas incipit à ſeipſa.l.præſes.C.de ſeruit.& aqua.

Ordines ſuccedendi 3. Superiores, Inferiores, & collator. 1. Deſcendentes in infinitum vocantur. His ceſſantibus aſcendentes.1 pater, & mater. 2. auus, & auia, ſic tamen vt fratres ex vtroque defuncto coniuncti cum his ſuperiorib.defuncti vocentur. Auth.de hær.quæ ab inteſt.licet quidam dicant, cum patre, & matre eos tantum vocari, & alios ſuperiores per fratres excludi. Superioribus ceſſantibus, 1.frater ex vtroque parente, & ſoror, & eorum filij.2.ex altero tantum, & eorum filij. d.auth.§.ſi vero cum aſcendentib.

Oſculum eſt indicium charitatis, amicitiæ, & conſenſus. Matth.de afflic.in l.item apud.ff.de iniur.

P

PAtriæ, & parentibus parendum.l.2.ff.de iuſt.

Parentibus, & patronus eſt honor præſtandus. l. honori.ff.de obſeq.

Patria cuique ſuauiſſima.l.qui habebat.ſi.de leg.3.

Patria poteſtas in pietate, non in atrocitate debet conſiſtere.l.diuus.ff.ad l.pomp.de parric.

Pater in neceſſitate famis filium vendere, & pignori obligare poteſt.l.2.C.de patr.qui fil.diſtrax.

Pater,& filius fictione iuris vna, & ead. perſona cenſentur l.fi. C. de impub. & alijs ſubſtit.c.contradicimus.35.q.3.

P Parentes, & liberi ſibi inuicem debent officium, & pietatem.l.1.ff.de obſequijs à lib.præſtand.

Pater plus diligit filios quàm filias, quia per filios conſeruatur & dignitas,& familia.Iaſ.in l.qui filiab. ff. de leg.1.

Paria ſunt ſoluere, & compenſare.l.ſi debitor. ff.de compenſa.

Pactis dotalibus diſponitur, quid poſt mortem inuicem expectare coniuges, & quomodo ſuccedere debeant.l.licet. C. de pac. l.hæreditas. C. de pac. conuent.

Pactum perſonale non tranſit ad hæredem. l. ſi tibi decem.ff.de pac

Pater cogitur officio Iudicis alere filios pro modo facultatum non valentes ſe ex ſuo arte alere. l. ſiquis à liberis. §. ſi filius. ff. de agnoſ. & alen.lib. vel parant.

Pater non tenetur alere filium,quando eſt opifex & ex eius officio ſe poteſt alere.d.§.ſi. Quia tunc ei poteſt dici,qui non laborat, non manducet.gloſſ.in l.quamuis.ff.de dam.infec.

Partus eſt portio viſcerum matris. l. 1. ff. de Ven. inſp.

Par in parem non habet poteſtatem.l.14.ff.de iuriſd. om.iud.

Pares tempore, pares iure. l. 20. ff. de pignor. ac.

Papam.

Digitized by Google

Papa vſque ad animam, & ſanguinem legem diuinam defendere tenetur. c. ſunt quidam. 35. q. 1.

Paria delicta mutua compenſatione tolluntur. l. Viro, atque Vxore. ff ſolu. mat. c. fi. ex. de adul. & c. in ciuilib.

Paria ſunt aliquid non fieri, vel fieri, ſed non legitimè. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog.

Paria ſunt aliquid factum eſſe, vel proximo faciendum l. pen. ff. de mili. teſta. Hinc de proximo doctorandus pro Doctore habetur: Potentia enim propinqua actui pro actu habetur. Bald. in d. l. pen.

Parum, & nihil æquiparantur.

Paucitas precij facit præſumi fraudem. l. per diuerſas. C. mandati.

Pater non habet dominium neo poſſeſſionem filij. l. cum hæredes. ff. de acq poſſeſſ.

Paria ſunt nullum habere titulum, vel iniuſtum. l. 7. C. eo.

Parcitur ſponte confitenti. l. 3. ff. de aliena. iud. mut. cau. fac.

Paria ſunt non habere maritum, vel habere inutilem. c. 2. de transla. præla.

Papa non poteſt diſpenſare contra votum caſtitatis, quia nullum inuenitur æque bonum, cum quo poſſet fieri commutatio. c. 32. q. 1. c. nuptiæ. c. 1. q. 3.

Papa, qui notoriè Mundum ſcandalizat, poteſt deponi. gloſſ. in c. ſi Papa. 40. diſtin.

Paria ſunt, aliquid non dici vel obſcurè dici. Franc. Aret. in l. qui ex plurib. ff. de V. O.

Peculium profectitium dicitur hæreditas à parentibus orta. Aduent. ab alijs proueniens. Caſtrenſe, vel quaſi, quod per militiam, vel artem acquiritur.

Perfecto matrimonio vxor ſequitur forum mariti. l. fi. ff. ad municip.

Per Scholares, & doctos viros totus mundus illuminatur. Imp. in auth. habita. C. ne fil. pro pat.

Periurium ſolum Deum vltorem habet. l. 2. C. de reb. Cred.

Per epiſtolam nullus fit hæres, vel cohæres l. epiſtolas. ff. de pac. l. non epiſtolis. C. de prob.

Pendo, do pœnas: dum pendeo ſuffero pœnas. Auth. ad hoc. C. de iud.

Petitio libelli fit, vt reus deliberet, an cedendum, vel contendendum fit. l. 1. ff de eden.

Pecunia non debet eſſe ſterilis. l. quid ergo §. Vſuras. ff. de cond. iut.

Periculoſum eſt, & peſſimi exempli, quemque ſibi ius dicere. l. vn. C. ne quis in ſua Cau.

Pluris faciendus eſt nobilis, habitans in Ciuitate, quàm in Villa. Imp. in Auth. præſides. C. de Epiſc. aud.

Plutarchus refert in Vita Catonis eum pro tribus rebus per totam vitam pœnitentiam egiſſe. Primum, ſi quid per arcanum mulieri aliquando credidiſſet. Secundum, ſi per aquam traieciſſet, quo poterat per terram proficiſci. Tertium, ſi aliquot dies per incuriam ſine ſtudio conſumpſiſſet.

Plus ſemper continet in ſe quod minus eſt.

Pluralis locutio duorum numero contenta eſt. R. I. in 6.

Potiora ſunt præmittenda. l. 1. ff. de alb. ſcrib.

Potentia propinqua actui pro actu habetur.

Poſito & declarato vno contrariorum, intelligitur etiam alterum poſitum, & declaratum Bar. in l. inter ſtipulantem. ff. de V. O.

Pœna vnius eſt metus multorum. l. 1. C. ad l. iul. repet.

Pœna debet commenſurari delicto. l. diuus. ff. de falſ.

Pœna

Pœna albi corrupti eſt 50.aureor. vel ſi contra corrumpentes talia Edicta criminaliter agitur, puniuntur etiam pœna falſi.l.pen.ff.de falſ.

Pœna non debet egredi delictum.l.ſcimus.§.ille.C.de iur.delib.

Poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit. R.I.in 6.

Pœnitentiæ ignoſcendum eſt.l.qui falſam.ff.ad l.Cor. de fal.

Proſpicere debemus, quid euenire poteſt,& rem ordinatum eſſe ad caſum fortuitum. Bar.ad l.27.ff. ex qui. cau.ma.

Prætor de minimis non curat.ex. de reb. eccl. non alien.

Propoſitum in mente retentum nihil operatur. l. ſi. repetendi. C.de cond.ob cau.

Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis.l.fi.C. de pac.con.

Prætor ſemper habet æquitatem ob oculos.l. quod Epheſi.ff.de eo,quod cer.loc.

Proprio ligone nemo pedem vulnerare præſumitur. Cyn.in l edita.C.de eden.

Precia rerum regulariter non ex affectione,ſed communi valore æſtimantur l.precia rerum.ff.ad l.falcid.

Priuatio præſupponit habitum.l.decem.ff de V.O.

Princeps legibus ſolutus eſt.l.princeps.ff.de ll.tamen ſecundum leges viuere vult.l.digna vox.C.eo.

Procurator infamis poteſt eſſe de iure ciuili.§ fi.Inſt. de excep.ſecus de iur.can.c.imperator.de iura.calum.

Preces principis habentur pro iuſſu. Gloſſ. in l.1 ff. quod iuſſu.

Præſumitur quis bonus,vel malus ratione patris, vel patriæ gloſſ.in auth.de referen.col.2.

Princeps ex poteſtate abſoluta poteſt confirmare ſententiam nullam.Bald.in l.reſcripta. C. de precib. Imp.offer.

Digitized by Google

Propter diuerſa phantaſmata generantur in nobis diuerſæ intellectiones. Ar. 3. de anim.

Presbyteri loco Leuitarum ſucceſſerunt. c. clericos. 21. diſt.

Princeps de plenitudine poteſtatis legitimare poteſt, etiam in præiudicium eorum, quibus eſt ius quæſitum in ſpe. Alex. conſ. 228.

Præſumitur ignorantia, vbi ſcientia non probatur. R. iu in 6.

Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis.

Q

QVattuor, aut infra dant natis iura trientem, Semiſſem verò dant natis quiſque vel vltra.

Quæ in opere ſunt, in eſſe videntur, l. lecta. ff ſi cer. pet.

Qui in vno caſu grauatur, debet in alio releuari. l. eum qui. ff. de iureiur.

Qui non habet in ære, luat in corpore, ſc. in pœnal. l. pen. ff. de in ius voc.

Quod lege permittente fit, pœnam non meretur. l. 4. C. de adul.

Quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, ipſe eod. iure vti debet 2. ff. 2.

Quod iuris obtinet in toto, idem & in qualibet eius parte. l 76 ff. de rei ven.

Quod omnes tangit, ab omnib. approbari debet. l. fin. C. de Auth. præſt.

Quæ ſunt moris, & conſuetudinis, lege permitti ſolent. l. 1 C. de fideiuſſ.

Quod nullum eſt, nullum producit effectum. l. 1. C. de condic. ob cau.

Quiſ-

Digitized by Google

Quiſque in re ſua ſe dominum appellare poteſt. l. 48. ff. de ſolut.

Quæ probari, oſtendique nequeunt, ea pro non geſtis, neque exiſtentib. habentur. l. 10. ff. de reb. dub. l. 77. de contrah. emp.

Quod Labeo ait, non eſt ſine ratione. l. 13. ff. de compen.

Quod bene geſtum eſt, non debet ex alio euentu retractari. l. ſancimus. C. de adminiſt. tut.

Quod metus cauſa geſtum eſt, ratum non habebo. Edic. ff. quod met. cauſ.

Quilibet eſt rei ſuæ moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandati.

Quod legitimè acquiſitum eſt ſemel, id ſine culpa auferri non debet. l. id quod. ff. de R. I.

Quoties cauſæ cognitio requiritur, toties ſententia, & proceſſu opus eſt. l. de vnoquoque. ff. de re iud.

Qui declarat verba ſua, non dicitur ea corrigere, nec mutare, nec aliquid de nouo addere. c. literæ. ex. de dilat.

Quorum æqualis eſt ſanctitas, eorum æqualis celebretur feſtiuitas. c. ſcire debet. 76. diſt.

Quod alium prohibere ex officio neceſſe habeo, idipſum committere non debeo. arg. l. altius. ff. de ſeruit. vend.

Quando conſtat de intentione, non curatur de verbis. c. petitio. de procur.

Qui ſemel malus deprehenditur, ſemper malus præſumitur. c. qui ſemel. de R. I. in 6.

Quicquid plantatur, ſeritur, vel inædificatur; Omne ſolo cedit, radices ſi tamen egit.

Quilibet in ſuo ædificare poteſt, etſi noceat vicino. l. fluminum. ff. de dam. infec.

Quilibet fauori pro ſe introducto renunciare poteſt. l. pen. C. de pac.

Digitized by Google

Qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3.

Qui geminat delictum, veniam non meretur. l. 3. C. de Epiſ. aud.

Quæ contra legis prohibitionem fiunt, habentur pro infectis. l. non dubium. C. de ll.

Quod quis non loquitur, nec velle præſumitur. l. labeo. ff. de ſupp. legata.

Quod permittente lege fit, pænam non meretur, l. grachus. C. ad l. iul ma.

Quod differtur, non aufertur, niſi actus habeat certum, & limitatum tempus.

Quod non mutatur, cur ſtare prohibeatur.

Qui bene diſtinguit, proximus eſt veritati. Salic. C. de proc.

Quatuor menſes reis condemnatis ad ſoluendum concedi debent. l. 2. C. de vſur. rei iud.

Quando criminoſi dimittuntur impuniti, turbantur lætitiæ, & gaudia hominum, tex. in l. 3. C. de Epiſ. aud.

Quicquid fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam c. literas. de reſt. ſpoliat.

Quietiſſimè homines viuerent, ſi duo de medio tollerentur, meum, & tuum. Cic. Schneid. de Mut.

Quilibet præſumitur bonus. gloſſ. in l. omni modo. C. de inoff teſt.

Quando princeps ex iracundia ſeueriorem tulit ſententiam, debet executio per 30. dies differri propter ſpem miſericordiæ. l. ſi vindi cari. C. de pæn. c. apud Theſſalonicam. 11. q. 1.

Quando venditur, vel donatur alicui equus à domino licitum eſt ſcutifero aliquid accipere pro Capiſtro equi. l. 1. C. de Stratorib.

Qui-

Quilibet ſibi, & ſuis proſpicere intelligitur. l. ſi pac. ff. de proba.

Quod permiſſum eſt ad tempus, videtur poſtea denegatum. l. ſtatu liberum ff. de leg 2

Quod gratis fit, petitionem non inducit. l. 1. ff. de neg. geſt.

Quæ diuiſim traduntur, ſunt magis clara, & facilioris capacitatis. Fab. in rub. tit de act.

Qui non laborat, non manducet gloſſ. in l. quamuis. ff. de dam. infec.

Quod quis per alium facit, per ſe feciſſe videtur. l. 1. ff de vi, & vi ar. VVeſ. de proc. n. 7. ff. de iureiur.

Quæ ab initio ſunt volũtatis, ex poſt facto ſunt neceſſitatis. l. in commodato, & l. ſicut. C. de act. & obl.

Qui ſe vltro offert ad iuramentum, reo inuito nihil agit.

Quando plures ſimul concurrunt, præfertur magis idoneus. l. 2. ff. de pop. act.

Qui portat arma, præſumitur habere malum animum. Gloſſ. in §. mercator. de pac. tenen. & eius violat. in vſib. Feu.

Qui parum ſtudet, parum proficit. l. vnicuique. C. de præpoſitis ſacror. ſcrin.

Quorum periculo, & adminiſtrationi res eſt commiſſa magis perfidè, quàm furari videntur. l. tres tutores. ff. de adminiſt.

Quod ſi id, quod ago, non valet vt ago, valet tamen, vt valere poteſt. l. vn. C. de lat. liber. toll.

Quis eorum non miſereatur, qui amore ſcientiæ exules facti de diuitibus pauperes ſemetipſos exinaniunt. Auth. habita. C. Ne fil. pro pat.

Quæ malo ſunt inchoata principio, vix bono peraguntur exitu. Auth. vt iudices ſine quoq. ſuff. fiant. §. cognitum.

Quæ

Digitized by Google

Quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur neglecta. c. à multis. de ætate, qual. & ord præficiendor. l. item apud §. ait prætor. ff. de iniur.

Quando datur Cautio intelligitur ſimplex repromiſſio.

Quando datur ſufficiens cautio, intelligitur cum iuramento, & fideiuſſorib. l. ſancimus. C. de V. S. l. ſi mandata. ff. mandati.

Qui duos habet accuſatores à tertio prohibetur. l. cum rationibus, C. qui accuſ. non poſ. niſi ſuam, aut ſuorum iniuriam perſequatur. Hoc eſt verum de diuerſ. crim. quia mille poſſent accuſare de eod. crimine.

Qui errat, non conſentit, l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. om. iud.

Quoties aliqua actio, vel Exceptio deficit, vtendum eſt vtili actione præſcrip. ver. l. quoties. ff. de præſcrip. verb.

Quilibet poteſt ſuum nomen mutare. l. 1. C. de mut. nom. dum ſine fraude fiat.

Quod volui, non potui: Quod potui, nolui. Gloſſ. in l. 3. C. de contrah. & committ. ſtip. l. multum. C. ſi quis. alteri, vel ſibi ſub alterius nomine, vel aliena pecu. emerit.

Qui eſt in Caſtris, dicitur eſſe in morte. Abb. in c. quoniam. vt lite non conteſt. in c. paſtoralis, de off. ord.

Quantò magis creſcit puella, tantò magis eſt impendendum in ea. l. cum vnus. ff. de alim. & cib. legat.

Quod noua teſta capit, inueterata ſapit. §. 1. in Auth. vt iud. ſine quoque ſuffrag. fiant.

Quis eſt acceptus Propheta in patria ſua. l. tres tantummodo. C. de off. præto. l. obſeruare. ff. de off. præſid.

Contrà.

Contrà eo.ti.l.Barbarius. Marci 6. Matth. 13. Luc. 4.

Quanto agens eſt perfectius tanto effectus eſt perfectior l. iurisiur. C.de teſt.c.non eſt.de temp ord.

Quando aliqua differunt ſpecie vnum de alio non poteſt prædicari.l.ſi qua pæna.ff.de V.S.

Qualitas obueniens Enti qualificat ipſum Ens,& reponit ipſum in diuerſam ſpeciem.c.cum Marthæ.de celebr.miſſ.

Quilibet præſumitur bonus, niſi probetur malus. c. vno.ex.de ſcrutin.in ord.facien.

Quando in aliquo actu vnum principaliter, & immediatè venit,& aliud ex conſequentia, & mediatè illud eſt præferendum,quod venit principaliter.l.1.ff.de impenſ.in re.do.fac.

Quod teſtibus,vel ſcriptura probari non poteſt, pro infecto haberi debet.l.ſi maior.C.commun.diuid.

Qui primum inſtituit hæredem,& poſtea legauit, & poſtea alium hæredem inſtituit,rectè legat inter medias hæredum inſtitutiones.

Quando in vno actu duæ concurrunt rationes, quarum altera nocet,altera verò prodeſt,cauſa illa quæ nocet, debet attendi, non quæ prodeſt,l.ſi quis ingrati.§.ſi ff.ad SC.Syllan.

Qui in vno grauatur,in alio releuari debet, l. cum qui.ff.de iureiur.

Quod non licet ſuo nomine,nec alieno licebit.R.I.

Quod omnes tangit,ab omnib.approbari debet. l.ſi. C.de auth.præſt.

Qui tacet,conſentire videtur.c.qui tacet,de R. I.in 6.Is qui tacet,non fatetur,ſed nec vtique conſentire videtur.eo.

Quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxilio.

Quæ fortiori vinculo ſunt ligata,difficilius diſſoluuntur.

Qualitas non poteſt ſine ſubiecto conſiſtere.

Quæ ſunt diuini iuris, in nullius bonis ſunt.

Quod intereſt priuati principaliter, id reip. intereſt ſecundario.

Qui repudiauit hæreditatem, poteſt in integrum reſtitui, & iterum adire.

Quod quis ob tutelam ſui corporis fecit, iure feciſſe videtur.

Qui primum inſtituit hæredem & poſtea legauit, ac demum alium hæredem inſtituit, rectè legat inter medias hæredum inſtitutiones.

Quod ſemel eſt, ſemper erit. l. ei qui. ff. de hær. inſtit.

Quæ per rerum naturam ſunt certa, non morantur obligationem.

R

RAtum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine geſtum non eſt. R. I.

Raptus mitius punitur, quam furtum manifeſtum in quo totum quadruplum eſt pæna. Sed cur? non omnium ratio reddi poteſt.

Raptores, & eius auxiliatores olim infuſo in os liquente plumbo puniebantur. l. vn. C. de rap. virg.

Remittentibus actiones ſuas non eſt dandus progreſſus. l. quæritur. §. venditore, ff de ædil. Edic.

Res inter alios acta alijs non præiudicat. l. Lucius. ff. de his, qui no. infa. l. ſæpe. ff. de re iud. l. res inter alios acta. ff. de R. I. l. 1. C. res int. alios ac.

Res iudicata pro veritate habetur. ff. de ſtat. ho. l. ingenuum. l. res iud.

Res

Res tantum valet, quantum vendi poteſt. l. ſi ſeruus. ff de condic. fur.

Res mali exempli eſt vitanda. l. obſeruandum. ff. de iud. l. exemplo. C. de prob.

Res aliena vendi poteſt, ſed precium ab Emptore auferri poteſt, l. rem alienam ff. de contrah. emp.

Redditum non eſt, quod eſt deterius redditum. l. Iulia. ff. ad exhib. l. 3. ff. depoſ.

Res dare pro rebus, pro verbis verba ſolemus. gloſſ. in c. Eccleſias. 13. q. 1.

Regratiandus non eſt, qui facit, quod debet, l. ſi ſeruo ff. de hæred. inſtit.

Reſponſio debet fieri ſecundum interrogationem. l. ſi debitor. ff. de interrog. act. c. inter dilectos. de fid. inſtr.

Res de facili reuertitur ad ſuam naturam. l. ſi vnus. ff. de pac. c. ab exordio. 35. diſt.

Rex Franciæ facit expenſas pauperi ſecum litiganti. Bald. in l. magis puto. ff de reb. cor.

Remedium ordinarium tollit extraordinarium. l. in cauſæ ff. de min.

Reſpondere obſcurè, & nihil reſpondere paria ſunt. l. de ætate. §. nihil intereſt. ff. de interrog. in iur. fac. & interrog. act.

Reus excipiendo fit actor. l. 1. C. de excep.

Reatus patris non obeſt filio. l. 3. ff. de mun. & hon.

Rem claram negare tam ſtultum eſt, quàm ſub clariſſimo ſole lumen mortale afferre. Roland. con. 70.

Res, & bona ſecundus hominis ſanguis eſſe dicuntur.

Reſoluto iure dantis reſoluitur ius accipientis. l. lex vectigali. ff. de pig.

Res vilis dicitur, quæ eſt infra precium 2. aureorum, l. ſi oleum ff. de dolo.

Res deterior reddita non videtur reddita. l. 3. ff commodati.

Digitized by Google

Romanus Pontifex omnia iura in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere. c. 1. de conſt. in 6.

Rogando cogit, qui rogat potentior: Hor.

Ruſticitati parcendum eſt. l. fi. C. de reſt.

Rudibus, & imperitis gubernacula Eccleſiæ non ſunt committenda. c. ſtatuimus. 61 diſt.

Ruſtici non debent vti pane albo, pullis, & alijs delicatis cibarijs, ſed Caſeo, cæpis, & fabis. Gloſſ. in l. ſerius Vrbanis. ff. de leg. 3.

Rubrica eſt optima Interpres nigri. Iaſon. tit. de act.

S

SApientis eſt mutare conſilium. l. nunquam. C. de collat. bo.

Sacerdos non Catholicus corpus domini conficere non poteſt, c. quid ſit ſanguis. de conſecrat.

Satius eſt nocentem dimittere, quàm innocentem condemnare. l. abſentem. ff. de pæn.

Scientia filij eſt lætitia patris, Gloſſ. in l. ſed Iulianus. ff. ad SC. Mac.

Sciens bene titulum de V. O. & ſtipul. non poteſt eſſe niſi bonus legiſta.

Scholaris vagus nunquam fit magiſter. Gloſſ. in l. 1. C. de tyron.

Scientia nobilitat. Gloſſ. in l. prouidendum. C. de poſtul.

Scire facit Matheſis, ſed diuinare Matheſis gloſſ. in l. mathematicos. C. de Epiſc. aud & t. t. C. de math.

Scholari non licet inuito ſocio in domo ſua retinere ſancam. gloſſ. in l. non aliter. ff. de vſu & habit.

Scien-

Scientia legalis eſt infinita. l 2. ff. de iur. & fac. ig.

Scientia rei alienæ etiam ſine mala fide impedit præſcriptionem. Bald. in l nec Creditores. C. de pig. ac.

Scripta veteris teſtamenti hodie non ligant, niſi ſint in nouo repetita, Gloſſ in , §. His ita reſpondetur. 6. diſt.

Separata ſeparato iure cenſentur. l. 3 ff. de off. aſſeſſ.

Sepultura memoria humanæ conditionis dicitur l. quidem, ff. de condit inſtit.

Scortatores, & adulteri regnum Dei non poſſidebunt. 1. Cor. 6.

Semel meum amplius meum fieri non poteſt. l. Et an eadem, ff. de excep. rei iud.

Sententia prima lata ab eodem iudice ſuper ead. re valet, non ſecunda quia ſent definit. ſiue bene, ſiue male lata Iudex functus eſt ſuo officio. l. iudex. ff. de re iud. Secus eſt in teſtam.

Semel malus ſemper præſumitur malus. R. I.

Sententia dicitur eſſe conformis libello. l. fi. C. de fideicom. lib. quia formanda eſt ſecundum libelli tenorē. l. vt fundus. ff. com. di.

Sententia poſt 10. dies tranſit in rem iud. l. ſæpe. ff. de re iud.

Semel Deo dicatum non eſt ad vſus humanos transferendum. R. I.

Sententia principis abſq; Citatione valet. l. fi. C. de ll. Tene cordi, quia contrarium eſt in clem. Paſtoralis. de re iud.

Segnius expediunt commiſſa negotia plures. gloſſ. poſt tex in l. 3 ff de adminiſt. tut.

Serui de iure communi pro nullis habentur. l. quod attinet. ff. de R. I.

Seniorum conuerſatio eſt iuuentutis educatio perfecta. §. cogitandum. Auth. de Iud.

Sententiã, quæ firma, & indubitata reſponſio eſt. Executor tenetur exequi etiam contra propriam conſcientiam, niſi in cauſa crimin. & corporali.

Sententia eſt in ſcriptis ferenda. l. 1. C. de ſent. ex breuic. recit.

Sententia eſt ferenda pro eo, qui fortiora iura allegat. l. ſi iuſta. C. de Edic. D. Adria. tollen.

Sententia contra formam iuris lata non valet. l. 2. C quan. prouo. non eſt nec.

Separatorum ſeparata eſt ratio, l. ſi id. ff de iuriſd. om. iud. l. ſi pater. ff. de condit. & demonſt.

Secundum allegata, & probata Iudex debet iudicare. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præſid. contra l. Ea. ff. de fer. vbi dicitur, quod Iudex ſecundum conſcientiam iudicare debet.

Sexus virilis præfertur ſexui fæminino. l. 1. ff. de ſenat.

Seruire inferiori, vel deteriori ſe dedecus eſt. l. 1. C. de S C. clau. toll.

Sequentia declarant præcedentia. l. ſi ſeruus. ff. de leg. 1.

Senes mali dicuntur iuuenibus laqueum ponere. tex. in c. paulus. in 2. q. 7.

Si acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fæditatem ſcribat libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo ſua. Deut. 24.

Siquis tempore famis panem furatus eſt, excuſatur à furto. c. ſiquis propter neceſſitatem, ex. de fur.

Similium eadem eſt diſciplina. l. 3. ff. de in rem ver.

Siquis 5. ſolidos valens furatus fuerit, laqueo ſuſpendatur, ſin minus ſcopis, & forcipe excorietur. ti. de pace tenen. & eius violat. in vſib. feud. contr. Auth. ſed iure nouo.

Si cauſa excedat ſummam 100. aureor. tunc quando lis

ſis conteſtatur, debent ab vtraque parte dari duo aurei. ſi verò cauſa eſt infra 100. aureos, tunc non ſoluuntur ſportulæ. §. ne autem Auth. de iud.

Si aliqua fiant ad neceſſitatem non debent deduci. l. ſolent. ff. de off. proconſ.

Si ego occiderim furem nocturnum, non teneor. l. furem. ff. ad l. Cor. de ſic.

Simonia eſt dare pecuniam pro adminiſtratione pauperum, & hoſpitalis.

Sontes plerunque eo loco coercentur, vbi inueniuntur, l. 1. C. vbi de crim agi opor.

Sol facibus illuſtrari non debet. c. ſi omnia 6. q. 1.

Societas eſt vinculum fraternitatis l. verum. ff pro ſoc.

Sæpe bono viro ſuccedit improbus, & nequam. Bald. & gloſſ. in l. generaliter. C. de reb. Cred.

Soluendo eſſe nemo intelligitur, niſi qui ſolidum poteſt ſoluere l. 114. ff. de V. S.

Solatium eſt miſeris ſocios habere pænarum. l. proſpexit. ff. qui, & à quib. lib. ma. ſunt.

Sæpe necat morſu ſpacioſum vipera taurum: A cane non magno ſæpe tenetur aper. Oui.

Spoliatus non poteſt cogi ad reſpondendum in iudicio, antequam reſtitutus ſit.

Spoliatus etiam prædo ante omnia reſtitui debet. c. 7. ex. de reſt. ſpoliat. Si tamen Dominus, & fur concurrant, dominus præferetur.

Stulti melioris Conditionis ſunt, quàm periti. l. Seruius. ff. quod vi, aut clam.

Standum eſt regulæ, donec de caſib. exceptis doceatur. Peck. in reg. iur.

Studioſus à parentibus habet vt viuat, à præceptoribus, vt bene, & honeſtè viuat. Philoſoph. apud Laert.

Statutum non porrigit viros ſuas extra territorium Statuentium. l. ſi. ff. de iuriſd. om. iud.

Digitized by Google

Statuta, & ſententiæ, quamuis ſint ſtricti iuris, tamen recipiunt interpretationem extenſiuam, quando alliàs non poteſt ſortiri effectus. ff. eo.

Stipulatio eſt verborum conceptio, qua aliquid dare, vel facere promittimus. l. 5. ff. de V. O.

Stipulatio rei ſuæ non valet, quia cum ſua ſit, ſua fieri non poteſt, Nec alienæ, quia nemo factum alienum promittere poteſt. l. Stipulatio. ff. eo.

Subſidiarium tergum præbeat, cui non ſuppetit pecunia. Zaſ. in l. fi. ff. de pæn.

Sub maſculino genere continetur fæminiuũ. l. 1. ff. de conſt. pec. l. patroni. ff. de V. S. l. qui duos mulos. ff. de leg 3.

Sub genere fæm. non continetur maſcul. l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 3.

Sublato principali tollitur acceſſorium. l. cum principalis ff. de R. I. l. eos. C. de vſur. l. intelligere. C. de luit. pig.

Sub dubio Forſan reſpondent ſæpe periti, l. ſi duo. ff. de arbit.

Suſpicio triplex, Temoraria, probabilis, & violenta, quæ ad condemnationem ſufficit. 32. q. 1.

T

TAlis quis præſumitur, qualis eſt eius patria. Bar. in trac. de Golfis, & Gebelinis.

Tales plerumque ſumus, qualia ſunt quotidiana colloquia. Gloſſ. poſt tex. in l. ædiles. ff. de ædil. Edic.

Taciti, & expreſſi idem eſt iudicium. l. cum quid. ff. ſi cert. pet.

Tantum punitur affectus, quantum effectus, l. is, qui. C. add. Cor. de ſic. ſc. in atrociſſimis.

Teſtam.

Digitized by Google

Teſtam. factum coram parocho & 2. teſtib. an valeat vbique: ic. cum eſſes. 10. ex de teſtam.

Terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, & de terra ſumeris. c. in eccleſiaſtico 13. q. 2.

Teſtes deponentes ſuper affirmatiua præferuntur deponentibus ſuper negatiua. gloſſ. in l. diem proferre. ff. de arbitr. quia magis Creditur 2. teſtib. affirmantibus, quam 1000. negantibus.

Teſti non iurato non creditur. l. iuriſiur. C. de teſt.

Teſtes antiquiores ſunt cæteris præferendi; c. dilecti. de off. Archid.

Teſtamentum patris, in quo filius eſt præteritus, non valet in princ. I. de exhæred. lib. l. inter cætera. ff. de lib. & poſthum.

Tempore neceſſitatis omnia debent eſſe communia. l. 3. ff. ad l. Rhod.

Tempore interdicti poteſt miſſa celebrari in die dominico ianuis clauſis, & campanis non pulſatis: Sed in 4. feſtis ſc. Natiu. Paſchæ, Pentec. & Aſſum. B. V. poteſt celebrari ianuis apertis & campanis non pulſantibus. c. alma. ex. de ſent. excommunic. in 6.

Totus affectus ſicut effectus ſæpe punitur. l. is qui cum telo. C. ad l. Cor. de ſic. l. ſiquis non dicam. C. de Epiſcopis & Cler. contr. l. cogitationis pænam. ff. de pæn.

Tolle voluntatem, & omnis actus erit indifferens. Bal. in l. fœdiſſimam. C. de adul.

Traditionibus, non nudis pactis dominia rerum transferuntur. l. traditionib. C. de pac.

Tutius eſt pignorib. incumbere, quàm perſonæ, l. plus Cautionis. ff. de R. I.

Turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes. c. quemadmodum. de iureiu.

V. Var

V

VAlere quæque res dicitur, quanti vendi poſt. l. 1. ff. ad SC. Treb.

Vana doctrina hominum pertinacibus eſt relinquenda. gloſſ. in l. 2. C. de conſtit. pec.

Variæ ſunt hominum voluntates. l. qui poterat. ff. ad SC. Treb.

Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l. de precio. ff. de pub. in rem act.

Vbi eſt identitas materiæ, diuerſitas formæ, res diuerſa eſſe dicetur.

Vbique tam mari, quàm terra, tam pace, quàm bello, tam domi, quàm militiæ, multis generibus mortis expoſiti ſumus. l. Senatus. ff. de mor. cau. do.

Vbi maius eſt præiudicium, & periculum, ibi cautius eſt agendum. l. 1. ff de Carb Edic.

Vbi maior eſt culpa, ibi maior pœna debet infligi, cum hæc debeat commenſurari delicto. l. diuus. ff. de falſ.

Vbi facto opus eſt, verba non ſufficiunt l. non omnes. ff. de re mil.

Vbi eſt commodum hæreditatis, ad eum vadit onus tutelæ.

Vbi vnum propter alterum, vtrobiq; tantum vnum, l. ſi. C. pro donat.

Vbi iudicium cœptum eſt, ibi finiri debet. l. vbi. ff. de iud.

Vbi emolumentum, ibi & onus. §. item precium. Inſt. de Emp. & Vend.

Vbi poſſeſſorum, & petitorum iura ſunt obſcura; magis eſt iudicandum pro poſſeſſore.

Vbi

Digitized by Google

Vbi inuidia, ibi dolus, & corruptio. l. 2. C. quando. & quib quar. pars. deb lib. 10.

Vbi eſt concurrentia allegationum Canonum, & legum, à Canonib. incipiendum eſt. Quia Canoniſtarum ſubiectum dignius eſt. Abbas in c. inter alia. de immunit. Eccleſ.

Vbi confuſa præit interrogatio, certum reſpondentis teſtimonium vix eſſe poteſt. l. 1. ff. de interrog. act.

Veritas magis oculata fide quàm per aures animis hominum infigitur. Horat. de ar. Poët.

Verba ſecundùm ſubiectam materiam accipiuntur. l. 15. ff. locati.

Verba cum effectu ſunt accipienda. l. 1. ff. quod quiſque iuris.

Venter exhæredari non debet, nec in poſſeſſionem mitti iure nouo. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten.

Venari, & aucupari in alieno licet, prohibere tamen aditum dominus poteſt. l. diuus. ff. de acquir. rer. dom.

Venandi ius Frid. ad principes tranſtulit.

Verba in dubio in potentiori ſignificatu ſunt accipienda. l. boues. ff. de V. S. ſic appellatione dominij directum intelligitur.

Venditor ante traditionem eſt dominus rei venditæ. §. item. Inſt. de Emp. & Vend.

Veſtimenta famuli poteſt dominus retinere, quando recedit. gloſſ. eſt notab. in l. id veſtimentum. ff. de pecu.

Verba narratiua non diſponunt. c. ſi papa. de priu. in 6. Clem. ſi ſummus. de ſent. excom.

Verba licet ſint generalia reſtringi tamen poſſunt, & debent per aliam ſpecialiter loquentem. l. quam ius. ff. de in ius voc.

Verus

Verus debitor tunc quis dicitur, cum neceſſe habeat ſoluere. l. Debitor. ff. de V. S.

Verborũ obligatio inter abſentes concipi nõ poteſt.

Verba legalia onerant in habitabilitatem, & potentiam, licet ſemper ſignificare non poſſint.

Verba Statutorum ſunt ſtrictè intelligenda. l. 3. ff. de nego. geſt.

Vbi eſt eadem æquitas, idem ius ſtatuatur. l. illud. ff. ad l. aquil.

Vbi pœna eſt in arbitrio Iudicis, poteſt ſuum arbitrium extendere vſque ad mortem, attenta facti qualitate. l. pedius. ff. de incend. ruin. naufr.

Vbi habet locum remedium ordinarium, ad extraordinarium non eſt recurrendum.

Vitricus, vel Socer poteſt eſſe Tutor, vel Curator nurus. Vel priuigni. Por. & Cantiunc. Inſt. de tut. in prin.

Viuentis nulla hæreditas. l. 1. ff. de hær. vel ac. Ven.

Vita, & fama pari paſſu ambulant. l. 1. ff. de manumiſſ. Vindic.

Vim vi repellere licet. l. 4. ff. ad l. aquil. l. 1. C. vnde vi. l. 1. ff. de vi, & vi ar.

Victus Victori in Expenſis condemnatur. l. propeandum. C. de iud. Quando Victus non habuit iuſtam cauſam litigandi. Secus ſi habuit, quia tunc Expenſæ inuicem compenſantur. l. 1. C. de euic.

Vita, & fama æquiparantur, l. iſti. ff. quod met. Cau. Nec fama minori ſtudio, quàm vita ipſa cordi eſſe debet. l. reprehendenda C. de inſt. & ſubſtit. Crudelisque cenſetur, qui famam negligit. c. non ſunt audiendi. 11. q. 4. quia inæſtimabilis eſt. l. ſi in duabus. ff. de R. I. & omni incommodo pecuniario præferenda. l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſa cauſ.

Vinum vetus præualet vino nouo. l. cum quid ff. ſi certi pet.

Vicarius omnia poteſt, quæ pertinent ad iuriſdictionem.

Digitized by Google

nem illius, cuius vices gerit. C. de offic. eius, qui ge. Vic. alter. Quædam tamen ſunt, quæ ſine ſpeciali mandato attentari non debent. c. quod translationem. de offic. deleg.

Vir non reddens debitum vxori dote abutitur. l. ſi cum dotem § Sin autem. ff. ſolut. mat.

Vltima voluntas non poteſt pendere ex alieno arbitrio l. illa inſtitutio. ff. de hær. inſt.

Vltima mora nocet. l. illud. ff. de commodo, & pericu. rei vend.

Vnam Concubinam habens, non plures caſtè viuit in Auth. de trien. & ſemiſſ. §. nam ſi hoc conſtat. coll. 3.

Vnus teſtis cum fama non probat in criminalib.

Voluntas teſtatoris pro lege ſeruari debet. Auth. de nup. §. Diſponitur.

Voluntas hominis eſt ambulatoria vſque ad extremũ vitæ ſpiritum. l. 3. ff. de adimen. lega. l. cum hic ſtatus. 33. ff. de dona. int. vir. & vxor.

Vniuerſitas ſemper præſumitur eſſe ſoluendo. l. 1. ff. vt legator. ſeu fideicom. ſeruanda cauſa caueatur.

Viuere ſine alimentis, & habitatione non poſſumus. gloſſ. in l. legatum. ff. de cap. diminut.

Vincens vincentem te multo magis vinco te. l. de acceſſionibus. ff. de diuerſis, & tempor. præſcrip.

Vox prætoris eſt vox Dei, quam poſuit in ore prætoris. Bald. in c. 1 de controuerſ. inueſt.

Voluntatis eſt ſuſcipere mandatum, neceſſitatis conſummare ſuſceptum. l. in commodato. ff. Commodati. §. pen. Inſt. de mandat.

Voluntas Teſtatoris magis inſpicienda eſt, quam verba. l. cum vnum. C. de fideicommiſſ.

Voluntas non minus facto, quàm verbis cognoſcitur. l. pro hærede. ff. de acq. hær. l. Paulus. ff. de proc.

Voluntas contrahentium magis, quàm verborum conceptio attenditur. l. fi. C. quæ res pig. oblig.

Vſque

Vſque ad 4. gradum conſanguinitatis nuptiæ iure ciuili ſunt prohibitæ. l. nemini. & l. celebrandis. C. de nup.

Vſucapio introducta eſt, vt aliquis ſit litium finis. l. fi. ff. pro ſuo.

Vſurarum vſuræ præſtari non debent. l. ſancimus. C. de vſur. rei iud.

Vſuræ conceduntur, quatenus probabilem modum non excedunt. l. ſi legatum §. ſi cui. ff. De ann. lega.

Vſufructuarius proprietatem non præſcribit. l. neque fructuarium. C. de Vſufru.

Vſusfructus ad hæredem hæredis tranſire non poteſt. l. Sempronius ff de Vſufr. legat.

Vſusfructus à Fructuario cedi non poteſt, niſi Domino proprietatis. l. ſi Vſusfructus. ff de iure dot.

Vt hæredibus, ita legatarijs ſubſtitui poteſt l. 50. ff. de leg. 2.

Vtimur ad neceſſitatem tantùm, fruimur ad voluptatem, & commoditatem. l. cæterum. ff. de Vſu, & habitat.

FINIS.

ER-

Digitized by Google

ERRATA.

Legatur pag. 2. lin. 17. actis. p. 3. l. 5. metum. p. 9. 22. Aug. 12. 29 marito. 33. repertũ. 22. 9 filij. 25. 24. ſpecialiter, 28. mora 28. 16. perpetuũ. 30. 11. pœna. 31. 1. pro nõ, quæ. 34. 5 tns ſeinige 35. 24. quiſq; poſſit. 42. 22. pro quæ, quam, & l. 33. hortos. 43. 9 habetur. & l. 10. ſimpliciter. 48. 10. quamuis his. & l. 22. adde reuocari donationem. 52. 26. 200. aur. 56. 25. l. Venditio 65. 7. vitietue, & l. 21. teneare. & 22. turpem. 66. 11. profluxerint, vim. 67. 20. tantum. 73. 2. dici. 75. 15. perdis. 79. 5. tamen. 83. 16. contrectatio. 90. 9. ratis 102. 13. poſſeſſio. 105. 12. corporis. & 27 tantum. 110. 22. quod 114. 25. corporis. 116. 1. legis. & 9. l. 3. & 16. pro ex lex. 117. 7. ff. ad l. aquil. §. illud. Inſt. eo. (b) l. quemadmodum §. 6. ff. eo. 120. 5. de loc. & cond. 126. 5. fact. ignor. & 8. de. 131. 8. Videatur. 143. 22. l. 4. ff. 152. 22. iure. 177. 3. de inoff. teſt. 178. 23. quibus non eſt. 189. 10. exemplo. 233. legat 529. Cætera leuiora putaui, quàm quorum cordatus Lector debeat admoneri. Hoc tantum meminerit, hinc inde in hoc opere quoſdam reperiri verſus, ſatis hiulcos, ac mendoſos, non meos, ſed ex vetuſtis Codicibus deſumptos.

Synopſin iuris Publici Sacri Imperij Rom.-Germ. D. Wilhelmi Beckers iam ſudantem ſub prælo exſpecta.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google